cur vltra solitū morē tantā reuerentiā ro-
mano pape exhibuerat z ad oīa q̄ impetra-
uerat obtēperaret. **Rñ** dit rex. **Nō** p̄pter illā
psonā quā vos vidistis h̄ feci. sed aliū virum
iuxta eū in habitu sacerdotali astantē z vi-
di forma augustiorē. canicie venerabilem.
illūq; euagiatō gladio mihi terribilit̄ mor-
tem minantem nisi cūcta q̄ ille expecebat
explessem. **Luz** em̄ p̄nceps sit minister dei

suscipiens gladiū vt dictum est supra iu-
stum est ipsum ecclesiam honorare et eius
ministros defendere et eorum iniurias p̄-
pulsare.

Capitulum decimū nonū.

Qualiter rex vt p̄nceps interi⁹ se z suos
d̄z virtualiter regere affect⁹.

Quo qualiter p̄n-
ceps d̄z regere alios ne falsū por-
tet nomē p̄ncipis vel regis. sollici-
te d̄z studere ad regendū se z familiā passio-
nū interiōz ad p̄ncipandū p̄cupiscentijs
q̄ militat̄ aduersus animā. vt em̄ ait **Isido-
rus** li. ix. ethimo. c. iij. **Rex** d̄z a regendo. et
recte faciendo nomē regis tenet. peccando
amittit. **Rex** eris si recte facias. si recte nō
facis rex nō eris. **Ille** vero vere est p̄nceps
et rex qui sibi p̄ncipatur cobibēdo p̄auos
appetit⁹ et carnalia desideria. **Et** ille meri-
to qui ista regit. **Job. xij.** effundit despectū
onem super p̄ncipes **Ibi** **Gregorius** mox.
xj. **Principes** vocant̄ qui cogitationibus
p̄ncipant. **Item** **Job. xij.** **Balthem** re-
gum dissoluit. **Ibi** **Gregorius** vbi supra.
Qui membrōz suozum motus bene rege-
re sciunt: reges non immerito vocant̄. **Ite**
Job. xxxvj. **Reges** in folio collocat in per-
petuum. **Ibi** **Gregozi⁹** moral. xxxvj. **Reges**
quia prelati motibus carnis modo luxu-
rie appetitū frenant. modo estum auaricie
temperāt. modo gloriā elationis inclināt.
modo suggestōnes liuoris obruūt. modo
ignē furoris extinguūt. regesq; temptatio-
nū suaz motib⁹ nō p̄sentiēdo succumbere
sed regēdo p̄esse nouerūt. qui tales sunt illi
sunt veraciter et virtualiter reges. **Et** ideo
Oracius iu carmine lirico ad rep̄menduz
dominandi libidinez ita cecinit sicut reci-
tat **Augustin⁹** libro secūdo de ciuitate dei
Latus regnes auidum domando spiri-
tum q̄ si libiam semotis gadibus iungas
et vterq; penus seruiat vni. **Et** de **h̄** **Clau-
dian⁹** egregie alloquens **Theodosiuz**. **Tu**
licet extremos late dñare p̄ indos. **Te**me-
dus te mollis arabs te seres adorant. **Si**
meruis si p̄aua cupis si duceris ira. **Ser-**
uicij patiēre iugū. tolerabis iniquas. **In-**
terius leges tunc oīa iure tenebis. **Luz**
poteris rex esse cui p̄liuioz vsus **In** peiora
dat suadetq; licētia luxū. **Ille** cebris effre-
na fauet sed comp̄me motus. **Asperi⁹** cum

Distinctio tertia.

pmptaven? cū duri? ire. Consulit cū pena patet s; p̄p̄ine mor?. Nec tibi qd liceat sed qd fecisse decebit. Occurrat mentēq; do/ met r̄spect? honesti. Uñ z Valer? impator octogenari? z ad huc h̄go cū audiss; die facti sui p̄mia triūphoz suoz recoll q̄b; ipse fuerat felicissim? At se t̄m̄vna victoria gloriari. z req̄sit? q;. Rñdit. qua inimicoz neq̄s simā domui carnē meā. Illi ḡ sunt reges z p̄ncipes q̄ sic seipos regunt z sua oīa Job iiij. Cū regib; z sulib; terre. Ibi Bre. moꝝ. liij. Reges sūt q̄ sua bñ corpa regere sciūt. Et idō bñ terra cui? rex nobil?. Et ve terre cui? rex puer est. Eccl̄s. x. Uñ Seneca epla xviij. multi cū vincerēt hostē victi sūt cupiditate. nemo cupiditate resistit. nēo ambitioni. nemo crudelitari. z cū agere videātur ab eis agitant. Et p̄p̄t̄s ait idē epla. xliij. Si vis oīa subūcere. subūce te ratōni. multos reges si te reperit rō. ab ipsa disces qd z quē ad modū aggredi debeas. Et q; n̄ sic sp̄ facit hō ideo nō est sp̄ rex? put ait idē epla. cxvij. Anim? n̄ mō ver? est. mō ty/rann? Rex est cū honestate intuef. salutē cōmissi corpis curat z illi nihil impat turpe: nihil sordidū. Qui hō cupid? impotēs. et dilatat? vel delicat?. trāsit in nomē detestabile. z sic tyrann?. Paruz ḡ valet p̄ncipant gentib;. exteri? dñari puinc̄is. eas regere legib; humanis. nisi p̄nceps ille regat lege rōnis ac lege diuine equitat;. Mal? em̄ si regnar: seru? est tot dñoz quot vicioz. Ait Aug? li. iij. de ci. dei. Ecōtrario d; Prouer. xvij. Melior ē q̄ dñas aio suo expugnatore vrbū. Quia ille vincit exteriora et expugnat. hic hō interiora sua regit z ordiat. Em̄ q; exponit Gregori? li. ij. pastoralium. cap. xij. De tali rege verificat illō Prouer. xx. Rex q̄ sedet in solio iudicij dissipat omnem malū intuitu suo.

Capitulum vicesimum.

Rex p̄nceps sūme sibi cauere debeat a tyrannide et iniustis.

Ex predictis patz qualiter differt p̄nceps siue rex a tyranno. q; p̄nceps est q̄ est legitime institut? z iure diuino z humano p̄ncipat. Et q̄ est virtutib; p̄dicis p̄ditus z se ipsū regit. vt dictū est. Tyrann? hō q̄ cōtrariis modis se habet. Job. xv. Et numerus ānoz incertus est tyrannidis ei?. Ibi

Gregori? moꝝ. xij. Tyrannus dicitur qui sū cōmuni repub. nō iure p̄ncipat. Et in Policrato li. x. q; differentia est tyranni et p̄ncipis. quia hic legi obtemperat et ei? arbitrio p̄m̄ regit cui? se credit ministrū. Tyrann? q̄ contrariis modis se habet. Et nō est peccatū tyrannū occidere. sed equum et iustū. prout idem li. ij. subdens rationem. quia q̄ a deo accipit potestātē. legib; seruit et iusticie et iuris famulus est. Qui hō eaz vsurpat iura deprimit et voluntari sue leges submittit. In eo ergo merito armant iura qui leges exarmat. Et ibi bene de hoc Et idem Tuli? libro. iij. de officijs. Nulla est nobis societas cum tyrannis. s; potius summa distinctio. neq; em̄ contra naturā est spoliare eum si possis quē etiā honestus est necare. Et sequit. Etenim vt membra quedā amputant si et ipsa et sanguine z spiritu carere ceperint et nocent ceteris membris corpis. Sic et ista infima hominis feritas et immanitas belue a cōmuni tanq; humanitate corporis segreganda est. Uñ z omnis p̄nceps licet sit legitime institutus debet cauere tamē ab operib; tyrannicis. q̄ sunt iniust; legib; p̄m̄ subiectū opprimere. indebitis tributis z tallijs aggauare. ab alijs inuadentib; non defendere. prepositos et baliuos iniustos ad eccoriā dum populū p̄ficere. et sic de alijs. quia vt ait Augustin? li. ij. de ciuitate dei. c. xx. Rex cum est iniust? tyrann? est. Et sapiēs et hī. iij. ponens differentia inter regem z tyrannū ait. Tyrannus est qui quod sibi conferens est intendit. Rex qui quod est vtile subditorum. Rex est qui per se est sufficiens et omnibus bonis superexcellens. Et talis nullo indiget. vtilia non sibi sed subditis intendit. vt ait ibidem. Unde de p̄ncipantibus modo tyrannico Prouerbio rum. xxvij. Leo rugiens z r̄sus esuriens princeps impius super populum pauperem. Durz indigens prudentia multos opprimit per calumniam. Et de talibus conueritur dominus per Isaiam p̄mo. Principes tui infideles. socij furum. zc. Sed princeps et iustus et nobilis cauere a predictis. cogitans q; est pater patrie. vt habitum est supra. Ut enim ait sapiēs Et hī coz. vij. Similis est cōparatiq; regis ad subditos. z patris ad filios. et pastoris ad oues. Modo ergo paterno debet regere

Partes prima.

plm et clementer ut dictum est s. Que sit g
merces pncipū bonozū regentiū sic epaliē
determinat Deut. xvij. vbi dicit. Nō multipli
cabit sibi eqs zc. Et seqt. vt lōgo tēpe reg/
net ipse z filij ei sup israel. Qualesq; sit dā/
num tyrānice regentiū dicit Eccl. x. Regnuz
a gēte in gēte transferi ppter iniusticias z
iniurias z p mellas z diuersos dolos. vt
patuit de Saule Regū. xv. Et p de Jero
boam. iij. Re. xij. Eterna q; merces bñ re/
gnantiū erit regnare cū rege regū ieternū.
sic fuit de David. Iniuste q; pncipantuz
damnatio eterna. Iudiciū em durissimuz
bis q; p sunt. z potētes potēter tormēta pa
tient. Sap. vi.

Distinctio q̄ta p̄me pars h^o summe.

Expeditis ad u/
torio saluatoris occasionibus
alloq̄ndi pncipē q; est ad modū
capitū in repub. psequēt de informatōibz
eoz se habentiū ad modum mēbroz in re
pub. est agendū. vt em tactuz est sup presi
des puincia z iudices et legis p̄ci vendi
cant sibi officiū aurū oculoz z lingue. Et
loquendo p appropationē p̄sides puincia z
siue potētes ciuitatū siue p̄positi p̄loz si
ue baliū villaz se habēt ad modū aurū
susceptiū p̄cepta pncipis. z ideo auribz
assimilant. Iudices q; q; recta vidēt z iudi
cant oculis assimilant. z lingue quaz vsus
est loqui: possunt comparari iuris peris et
patronis causarum in iudicio contendē
tium.

Capitulum p̄mum.

Nō sint ambiciosi talū officioz.

Diximi aut. s. p̄s/
ides et p̄positi sūt admonen
di z iustruēdi ne sint cupidi z am
biciosi ad tales dignitas. ppter easde z ra
ciones ppter quas pnceps nō debet am
bire pncipatū. de qb; s. Si em latrocinia
sunt q̄dam regna puerla fm Aug. z Tul.
sup. multo magis tales dignitates sūt q̄dā
pncipatū. vnde z vntes eis vocant pote
states. Non ḡ ex ambitione dignitas. nec
ex cupiditate lucri tēpalis. nec ex appetitu
transitorioz honoris dicit assumere huiusmo
di officia. vel vryeri dicatur. onera z peri
cula. sed debet assumere incuitu obediē
di superiori. s. pncipi iniungenti. z affectu

cōmodi respub. et desiderio subueniēdi in
digentibz suo auxilio z patrocino. Eccl.
vij. Noli querere ab boie ducatu neq; a re
ge cathedram honoris. Noli querere fieri
iudex nisi valeas virtute irrūpere iniquita
tes. zc. Sed valde difficile est irrūpere in i
quitates diebz istis. quia multi iniq; atq; in
fideles regnant: pauci vero boni sunt. ait
Tul. li. iij. de offi. Indigni autē non sunt
a pncipibz p̄ficiendi in dictis officijs. p̄t
ait Valer. li. vj. narrans de illo qui consu
luit neutrū mitti in hispaniā cōsulem a se
nacu de duobz. qz alter nihil habuit. alteri
nihil satis fuit. eque malā imperio magnā
iudicās inopiā z auariciā. Quē em p̄fectus
est egen^o multuz extorquet a subiecto p̄lo
vt sustentet et dicit. Quē q; est auar^o mltā
rapit vt inexplēbilis auaricia fatiet. Tales
ḡ sunt excludendi a talibz officijs. Unde z
in historijs scolasticis sup actibz ap̄loz nar
rat de Tyberio q; erat in negocijs moro
sus. z vix vel nūq; mutabat pcuratores. et
querentibz causam. respondit. se p̄cere ple
bicule. Scientes em se habere procuratō
nem vsq; ad modicū temp^o emūgunt vsq;
ad sanguinē. et tanto dominant grauius
quanto breuius. et qui recentes viniūt dis
sipant quicq; inueniunt. Et ibi exemplū
de vulnato qui cum esset in via nec amo
ueret in uscas a vulneribus. quidam sap
ueniens putauit q; hoc omitteret ex imbe
cillitate. et abegit eas. Ad quem ille ait.
Male fecisti. quia ille quas amouisti ple
ne erant sanguine et parcius molestabant
me. supuenientes autē de nouo acrius pū
gent me. Sic procuratores vel officiales
recenter substituti acrius in subditos de
seuiunt. Unde et Valerius li. vj. narrat de
quadam vetula que orabat deos pro vita
Dyonisij tyranni. A qua cum ille quereret
quo merito suo ipsa hoc faceret. respondit.
quando eram puella et grauem haberem^o
tyrannū carere eo cupiebam. quo interfecto
deterior arcem occupauit. eius quoq; sini
ri dominationē magnū estimabā. certum
te in oportuno zē superioribz habere cepi
mus rectorē. Timens itaq; ne si tu fueris
absumptus deterior in locū tuū succedat.
caput meū p salute tua deuoueo. Tam fa
ceram audaciā punire Dyonisius erubuit
Quales autem sint assumendi et p̄ficiēdi
sufficiēt docet Ero. xvij. p̄uide in q̄t d

omni plebe viros potentes. alia lra sapientes
 z timetes deū in q̄b̄ est veritas. z q̄ oderint
 auariciā. z p̄stitue ex eis tribunos et centu-
 riones zc. Debēt em̄ potētes esse iusticie et
 aliaz p̄rutū stabilitate. z timetes deū. cul-
 tus diuini pietate. Et in eis dz esse veritas
 vite z etiā iudiciū in recta diiudicatōe. z de-
 bēt odire auariciā. derelictōe z refutatōe
 muney. de q̄b̄ infra. z absq̄ spoliatōe infe-
 riorz. Talis erat seru⁹ Abzabe q̄ p̄erat om-
 nibz q̄ habebat. vt patet Gen. xxiij. Talis
 erat Joseph quez p̄fecit Pharao toti terre
 egypti. Gen. xli. Et talis dz esse q̄libet qui
 p̄est fidelis z prudens sup familiā dñi sui.
 prout ait saluator⁹ Barb. xxiiij.

Capitulum secundum

Quod cauere debent p̄positi et officiales a
 vana pompa z sequela inutiliū p̄sonaz

Qualis autē debz
 esse quilibz talis p̄posit⁹ z quali-
 ter regere pplm̄ suū sibi subiectū
 patet ex dictis sup de p̄ncipe. Debet em̄ esse
 imitator boni p̄ncipis. z fere f̄gere i officio
 sibi p̄missō sic z p̄nceps i suo dominio vel
 regno. s̄m em̄ iudicē ppli sic z m̄stri. Eccli.
 x. Et sicut p̄nceps vel iudex dz rectificare
 oēs in suo recto regimine. sic et quilibz p̄-
 sidens sub eo. Un̄ et Eccli. x. Qualis ē re-
 ctor ciuitatis tales z habitantes in ea. Ni-
 hilomin⁹ dz cauere a numerosa pompa ser-
 uoz z inuiliū p̄sonaz sequela ad ppli sub-
 iecti grauamen. exemplo antiquoz. prout
 narrat Valer⁹ li. iij. de Carbone qui etiā
 cū bellis ciuilibz interesset filiū suū secum
 trahens duo decim seruos habuit. Et s̄lr
 narrat ibidē d̄ Scipione emiliano q̄ post
 duos inclitos p̄sulat⁹ totidemq̄ sue preci-
 pue gl̄e triūphos. seprez seruis sequentibz
 officio legatiōis func⁹ est. Et seq̄t. Ita et
 cuz ad exteraz gentes iter faceret non eius
 mancipia sz victoriā mirabant. nec q̄rum
 auri z argenti sz q̄rum amplitudinis secū
 pondus ferrer estimabat. Item dz cauere
 q̄ p̄est p̄lo a p̄gregatōe indebita diuitiaz
 et ab extorta iniuste pecunia exemplo pre-
 dictoz antiq̄z. p̄narrat Valer⁹ ibidēz
 de talibz q̄ post p̄sulat⁹ in nullo fuerūt di-
 tiores. sed etiam paupes mortui. Un̄ nar-
 rat ibi q̄ Valer⁹ post tres p̄solutus popu-
 lo romano acceptissimos sic mortuus est
 q̄ patrimonii ad exequiaz impensam nō

sufficiebat. Similiter narrat de Marco
 nento q̄ arbiter fuit salutis reipub. vt ita pe-
 cunie in ops fuerat q̄ sepulture honore ca-
 reret: nisi ex collecta pecunia a p̄lo fuisset
 funerat⁹. Et similiter narrat de alijs q̄ sic
 paupes decesserūt post suos p̄solat⁹ q̄ non
 haberēt vnde dotarēt filias maritandas.
 nec vnde possent sepeliri cuz honore. Et h̄
 ideo. qz quilibet intendebat saluti reipub.
 z nō p̄p̄is cōmodis. vt dictuz est s̄. vbi de
 p̄ncipe z p̄similibz. Un̄ narrat Uegeci⁹ li.
 iij. q̄ Scipio post res gestas. p̄spere in hy-
 spania in summa paup̄tate decessit. nec ca-
 quidē derelicta pecunia q̄ sufficeret in do-
 tem filiaz. quas ob inopiam publice dota-
 uit senat⁹. Item dz talis cauere a comesa-
 zionū luxu z a luxuriarum lasciuia. vnde nar-
 rat Valer⁹ vbi s̄. de quodā viro illustri. s̄.
 Carbone q̄ tribz seruis comitatus hyspa-
 niā vexit. et eodem ciboz eodē potu p̄terus
 q̄ remiges. Illū em̄ grata frugalitatis con-
 suetudo in h̄ genere vite cū sūma dulcedie
 p̄tinebat. S̄lr narrat Uegeci⁹ vbi s̄. q̄lic
 cauebāt antiq̄ a luxurie lasciuia. vbi ait q̄
 Antogon⁹ cū au disset filiū diuertisse in ei⁹
 domum cui⁹ tres filie insignes et speciose
 essent p̄cepto edixit ne q̄s inin⁹ q̄nquage-
 nos annos nar⁹ matrisfamilias hospicio
 vteret. Predicta em̄ multū nocēt existētibz
 in officijs publicis. z etiā pplis subiectis. Et
 ideo a p̄dictis tales dñt p̄cauere. qz p̄ria tñ
 multi faciūt. q̄d dolendū est. Si me ar̄ sic
 p̄sidentes debēt deū h̄re et ei⁹ eccliam in re-
 uerentia. z pplm̄ subiectū sub disciplina. et
 nihilomin⁹ tractare paupes cū miscdia. co-
 gitantes q̄ oportet eos misereri pauperuz
 subditorū vt de eis habeat de⁹ miscdiam.
 Un̄ narrat in vita beati Basilij q̄ accessit
 ad eū q̄dā muliercula tāq̄ ad potentē ap̄d
 regionis p̄ncipē postulās puidētiā sibi fie-
 ri. i. miscdiam p̄ eū. Qui sc̄psit ei. Hec mu-
 lier dicit me posse apud te. Si ergo possū
 ostende. Qui respondit. Pater sancte vo-
 lui misereri illi. sed nō potui pro eo q̄ cri-
 butis subiacet. Qui sanctus respōdit. Si
 quidem volens non potuisti. Bene. vtcū-
 qz res se habeat. Si potēs noluisti ducat
 te christus ad indigentiaz hoz vt quando
 volueris nō possis. Et sic factum est. Po-
 stea enim captus est ille et liberatus inter-
 cessione sancti Basilij. Qui grās agēs re-
 stituit mulieri dupluz eius quod abstulit.

Ideo dicitur **Matth. xvij.** Nonne oportuit et te misereri pserui tui sicut et ego miserus sum tui. **Et Matth. xxij.** de malo suo quod manducat et bibit cum ebriosis et percutit conseruos ad quem veniet dominus in die qua non sperat. putat dicitur ibidem. **Predicet** modis quilibet princeps informandus est. et quilibet quod populo preest.

Capitulum tertium

Qualiter debent esse tales. scilicet ut sint diligentes in causarum discussione et in sententiarum diffinitione et pertinentium ad talia.

Voices autem

Indicant sibi loca oculorum in republica. ut dicitur est. **Sicut enim** oculi discernunt ea que sunt ad corporis salutem a nociuis. quod oculi quidem speculatores sunt. et ideo in alto positi ad providenda pericula secundum **Ambrosium.** **Exameron omel. vltima.** **Sic** iudices reipublice sunt ad discernendum iusta ab iniustis. salubria a nociuis. **Unde** iudex dicitur qui ius dicens populo siue quod iure disceptet. **Iure autem** disceptare est iuste iudicare. non est autem iudex si non est in eo iusticia. **ca. xxij. q. ij.** **Et Papias idem.** **Quales autem** debent esse iudices dicitur **Deut. j.** **Dare** ex vobis viros sapientes et gnaros et quod puerfatio sit probata in tribubus vestris. **Et sequitur.** **Preceperunt** eis dicens. **Audite illos** et quod id iustum est iudicate. **et quod dicitur esse viri.** requirit in eis virtutis constantia. **Viri proprie** est fortitudo ait **Tullius li. ij. de inscul.** **quintio** nibus. **Et vbi dicitur** a virtute vel quod maior vis in eo ait **Papias.** **Quia** sapientes. requiruntur sapientia debita iuris et legum. **Iudex enim dicitur quasi dicens** ius. ut dicitur est prius. **Quod gnari:** expta industria. **Gnari enim dicitur** peritus. **doctus.** sciens. **stronu.** gnarique periciam per prievirtutis insinuant: ait **Papias.** **Quia** puerfatio probata: laudabilis et redolens fama. **Tales debent esse iudices.** in quibus prout esse huiusmodi aliqui perfides et iudices. scilicet perfides in perfidendo. iudices in iudicando. **Deut. xvj.** **Iudices et magistrorum** stitutes in omnibus portis tuis. **Hij sunt** admonendi ut exerceant iudicium diligenter et studiose ordinabiliter et recte prout dicitur et iuste. **Job. xxix.** **Lausam** quam nesciebam diligentissime inuestigabam. **Ibi Grego.** **moz. xix. q. ad pferenduz** sententiam nunquam precipites esse debemus. ne temere in discussa iudicemus. ne quolibet mala

audita nos moueat. ne passim sine probato ne credam. **Debet** esse in iudicio exquisita discussio. facilis credulitatis exclusio. **positorum** examinatio. et cum deliberatione sententie platio **Et merito.** quod dei iudicium est. **Deut. j.** **Ita paruum** audieris ut magnum. nec accipieris cuiusque personam. quod dei iudicium est. **Et ait dominus Exod. xxij.** **Hec** in iudicio plurimorum acquiesces sententia ut a vero de iudice. **Paupis** quod non misereberis in iudicio sed deuiando a vero iniuste sententiando. **Sume** ergo debent iudices cauere a predictis. et ab eis quod iudicium pervertunt. et sume diligentes esse in causarum discussione et sententiarum diffinitione. quod ut ait **Grego.** **vbi s.** **Da** iora crimina tarde credenda sunt cum audientur. et cito punienda cum veraciter cognoscuntur. **Facilitas enim** credulitatis facit dare puerfatum iudicium. sicut fuit de phurifare qui nimis credulitate per bis iugis sententiauit contra **Joseph** et tradidit eum in carcerem. **Benef. xxix.** **Item** defecit discussio accusatorum et defensionum est occasio vel causa iniusti iudicij. sicut fuit de populo condemnare **Susanna** ad dicitur senium. **Danielis. xij.** que fuit liberata examinatis testibus et condemnatis. **Unde et saluator** liberavit adulteram. quia non fuit quod condemnaret. **Job. viij.** **Ut enim** ait **Berius.** de gradibus humilitatis. **Est iudicium quadruplex.** scilicet veritatis. **Job. v.** **Sicut audio** sic iudico. **Item est iudicium** odij. **fin illud.** **Secundum legem** debet moris dixerunt iudici per ipsum. **Et est iudicium** timoris fin illud **Job. xj.** **Si** dimittimus cum venient romani et tollent nostrum locum et gentem. **Item est iudicium** amoris carnalis. sicut fuit de **Dauid** quod noluit perire **Absolon.** **ij. Regum. xvij.** **Et statutum est** non debere admitti ad iudicium speciales amicos ne fallant vel fallant **Lauendum** ergo est iudicibus ne ex nimia credulitate. nec ex discussiois omissione. nec ex odij inanitate. nec ex timoris pusillanimitate. nec ex carnalis amoris affectione. nec ex amicitie familiaritate. nec ex munere cupiditate: iudicium pervertant. quia quatuor sunt quibus pervertit iudicium. scilicet timore odio. amore. et cupiditate. ut dicitur **ca. x. q. ij. yude.** **Quatuor** hec timor. odium. dilectio. census. **Sepe solent** homines rectos pervertire sensus. **Sed prout** dicitur quod sint imitatores summi iudicis cuius iudicium in terris exercent. **de quo dicitur Isa. xj.** **Iudicabit** iusticia pauperes

Distinctio quarta.

Diligētes et cauti fuerūt antiq̄ in cau-
saz disculsiōe. et q̄ sagaces et puidi in earū
de examinatiōe. et q̄ p̄stātes et industrij in
causaz dubiaz snatiōe. et q̄ clemētes et
p̄ij in quozūdā etiā reoz p̄etigētia causaz
absolutiōe p̄tz in gest̄ eoz. De p̄mo. s. d̄ dis-
culsiōe causaz narrat Valer^o li. vii. c. iij. q̄
duo hoies tradidit cuidā mulieri q̄ndaz
summā pecunie depositi noiē ea p̄ditōe vt
eam simul vterq̄ redderet et neuter p̄ se. q̄z
alter interiecto tpe tāq̄ mortuo socio dece-
ptorie circūuenit mulierē tradentē sibi pe-
cuniā. Supuenit tandē alter depositū pe-
rens. Cum igit̄ mulier reddere nō possz q̄i
p̄ furto ad suspēdiuz damnata est. sed sup-
uenit Demostenes p̄hs et eam cautela libe-
rauit dicens. Mulier hec parata est depo-
sitū fideliter soluere. s; nisi sociū adduxerz
id facere non potest. quia conditio fuit ne
pecunia vni sine altero nūeraret. et sic eua-
sit mulier. De secūdo scz examinatiōe cau-
saz fact̄ patet in Daniele. xij. Ubi Daniel
reuocauit oēs ad iudiciū falsos testes con-
futaui. Innocentiū liberauit et iudiciuz in-
discusse datū retractauit. Unde et petr^o al-
fonsius narrat in suo tractatu de quodam
cui^o cognomen erat refugium pauperū eo
q̄ solebat paupes adiuuare. Cum em̄ q̄dā
paup̄ locasset domū suā cuidā vicino diui-
ti. q̄ cogitans ip̄m spoliare p̄dilio suo. po-
suit quedā dolia plena oleo in domo et q̄-
dam semiplena. Et tpe elapso venit videre
illa et inueniens illa dolia semiplena. impo-
suit pauperi crimen furti vt inde possz eum
spoliare. Et cū esset vocat^o ad iudiciū et nō
restaret illi nisi damnatio. Ille q̄ vocabat^o
refugiū pauperū vocauit ip̄m seorsuz. et in-
quisiuit si esset innocēs a crimine sibi im-
posito. q̄ iurante q̄ erat innocens redijt cū
eo ad iudiciū p̄chitq̄ vt illa mensuraretur
Adijciens q̄ si esset tantū de fecibz in semi-
plenis sicut in plenis dolijs: ille suissz con-
demnand^o. Si v̄o nō esset in illis nisi me-
dietas fecis q̄ erant semiplena: liberādus
esset. Et ex h̄ comptū est q̄ nūq̄ erant ple-
na. et sic paup̄ liberat^o est. Sic patet q̄stuz
yaleat p̄uidā exami^o ratio in iudicio. De ter-
tio. s. de dilatiōe iudicioz narrat Valer^o
li. viij. q̄ q̄dam mulier virū suū et filiū viri
sui quem habuit ex alia vxore interemit. qz
illi occiderūt filiū suū oprime indolis quē
ip̄a habuit ex p̄ori viro. Delata est ḡ causa

coram iudice quā iuder duabz cedibz. id ē.
mortibz p̄taminatā noluit liberare nec dā-
nare p̄cise cū iusto dolore cōpulsā eos oc-
cideret. s; ad maiores iudices cām trāstu-
lit. Illi v̄o inspecta causa accusatorē et reā
post centū annos ad se reuerēti iusserūt eo-
dem affectu quo p̄or iudex. Sed ille trās-
ferendo h̄ij differendo causam damnandi
et absoluendi inexplicabili mutatione cū-
ctabant.

Capitulum quartum.

De ordinata indulgentia et de veritate
iudiciū cum misericordia.

De quarto scz de
absolutione reoz ex indulgētia
narrat Valer^o multū libro. viij
et h̄ ex varijs causis sicut ibi recitat vbi ait
q̄ q̄dam intersector sororis sue a rege p̄pter
crimen atrocitatis damnat^o est. sed idem tñ
frater absolut^o est a p̄lo p̄siderante causaz
qz sororem occidit nō ex impietate. s; pro-
pter immaturū amorem sororis. Silr nar-
rat ibi de quodā q̄ erat reus homicidij. pro-
se nihil recusans. sed puulos suos flens cō-
mendare cepit iudici. Qui p̄sensu omniuz
astantiū mutauit sniam. et respectu puero-
rum ip̄m liberū abire fecit. Similiter nar-
rat ibi de alio accusato q̄ graues iniurias
attulisset socijs. et cū sententie tristes de eo
ferebant. repente p̄strat^o humo pedes iudi-
cum osculabat. et os suum ceno replebat.
totam concionē a seueritate ad clementiā
et mansuetudinez trāstulit. De mulis alijs
p̄similibz ibi narrat. Erant aut̄ proniores
ad absoluendū q̄ ad p̄demnandū. Un̄ de
hoc ait Augustin^o de ciuitate dei lib. xvij
q̄ existentibz duodecim iudicibz. Si vnus
senarius reū absolueret. ali^o senarius non
potuit damnare. Si ḡ pagani et gentiles
deū ignorātes. fidei xp̄iane inexplēs. diui-
nū iudiciū futurū nō p̄cogitantes. nec bea-
titudinez sperantes fuerūt ita diligētes in
iudicijs suis. quales debent esse fideles. nō
solū in iudicijs suis: sed in iudicio q̄d di ē.
Dei em̄ iudiciū est Deut. j. Item p̄uide de-
bent vt iudiciū sit equitate rectū vt non p̄-
uertat affectu carnalitat̄. vt motu poreita-
tis. vel intuitu cupiditat̄. vel malignitate
odij alic^o. Sic em̄ p̄cepit dñs Exod. xxiij.
Nec in iudicio plurimoz acquiesces sentē-
tiet a vero deues. Et Leuit. xix. Nō in-

Partes prima.

luste indicabis. Et p^o. Noli facere iniquū aliqd i iudicio i regula. i pōdere. i mēsurā. Un̄ narrat Bre. li. iij. dyalo. d̄ qdā q̄ vidit petriū maiorē ecclē in loc̄ deterrimis maḡ pōdere ferri ligatū ac depressuz. dictūq̄ ei est q̄ h̄ pariebat. qz si qd̄ p̄ faciēda vltione tubebat ad inferendas plagas: pl^o ex crn/ delitate q̄ ex obediētia f̄uebat. Sūme ei d̄z iudex cauere ab ira z crudelitate ipsūm deū imitādo. De q̄ Sap. xij. Et tū cū trā/ quillitate indicas. Ira aut̄ viri iusticiā dei nō opat̄. Jaco. j. Un̄ narrat Sen. lib. ij. de ira. de qdā iudice tyrānico. q̄ ex ira dam/ nauit tres innocētes milites. vnū quia re/ dierat de via sine suo socio. imponēs ei q̄ illū interfecisset. p̄cepitq̄ alteri militi vt eū duceret ad locū supplicij. Qui cū eēt edu/ ctus venit cō milito soci^o san^o. quez videns centurio cui fuerat p̄ceptū aliū occidere. re/ ducit ambos ad indices. Quos cum vidit tyrān^o irat^o est. Dixitq̄ p̄mo. Te iubeo in/ terfici. qz damnat^o Sc̄do dixit. Et te silt. qz cā damnatōis p̄ militroni fuisti. Tertio dixit. Et te iubeo occidi. qz iustus occide/ re. ipatozi nō paruisti. Un̄ Sen. ibi. D̄ q̄ sollers est iracūdia ad fingēdas cās furor̄ tres h̄ p̄niti sūt ob vni^o innocentia. Exco/ gitauit iste queadmodū tria faceret crimi/ na cū nullū inueniret. h̄z iracūdia h̄ malū q̄ nō vult regi. Irascit ipi veritati si p̄volū/ tatez suā aliqd̄ fiat. Et de h̄ Jfido. li. iij. de sūmo bono. c. v. Iudex iracūd^o iudicij ex/ amen p̄neri non valet. qz caligine furoris nō videt. zc. Item. puiderē d̄z vt iudicium fiat liberalitate gratuitū nō venale vel ven/ ditū. put̄ ait Aug. epla. xxxv. Nō d̄z iudex vende iustū iudiciū. aut test̄ verū testimo/ niū. zc. Ibi bñ de h̄. Et idem cā. xliij. q. v. Tali ei veditōe nihil est inordinat^o. qz in/ sticiā vende iniquitas est. In iusticiā p̄ ven/ dere rabiosa insania. Preterea talis vedit iusticiā quā nō h̄z. In alijs eff̄tractibus res vedita alienatur a veditore z transit ad emptorē. s̄z i tali s̄ctu nullā iusticiā h̄z ven/ ditoz. h̄z forte effect^o iusticie trāseat ad emp/ torē. Un̄ talis etiā vitatē ipaz inhonorat z vilificat. Et qz ipaz cū sit ipreciabil̄ expo/ nit p̄ p̄cioz ipm iudiciū puertit. Prouerb. xxvij. Qui coḡscit in iudicio faciē n̄ facit bñ. Iste p̄ buccella pants deserit veritatē. Itē Aug. li. v. p̄f̄. Nil sordid^o. nil turpi^o tali veditōe. Ap̄o ei antiq̄s oē qd̄ ex debi/

to officij gratuitū esse ōz: si fiat ad p̄ciū in/ sordibz cōputat̄. put̄ d̄: in Policrato li. v. Preterea iudex est famul^o iusticie q̄ ē regia/ p̄uētū. Ille ḡ est iudex infidel̄ q̄ vedit suaz dñam z reginā. z p̄stituit eā p̄cio. qz vt d̄z i Policrato vbi s̄. P̄ciū nō d̄z t̄m pecunia s̄z obsequiū z oē gen^o muner̄. Talis ḡ ser/ uis infidelis dñam cui ex fide tenet famu/ lari q̄si in foro ipam distrabit. Jobelis. iij. Puellā veditēderūt. p̄ vino vt biberēt. i. iusti/ ciā incorruptā z sincerā. Et nō solū ille v̄ ditor est iniqu^o. s̄z etiā emptoz. vt de ill̄ ve/ rificet̄ illud Ezech. vij. Qui emit nō letet̄. Emptoz em̄ tal̄ sciēt̄ ex int̄tione illicit̄ z corrupit puerfū iudicē. sic fuit de Balach q̄ corrupit Balaam muneribz excecavit. Hūeri. xxij. Et de h̄ Jfido. li. iij. de summo bo. ca. liij. Null^o p̄do tam cupid^o i alienis q̄z iudex iniqu^o i suis. zc. z ibi bñ de h̄. Un̄ Petroni^o. Quid faciūt leges vbi sola pe/ cunia regnat. aut vbi paupras vincere nul/ la p̄t. Jam nūc iudiciū nihil est q̄z publica merces. Et p̄t̄ h̄ iudices sacra m̄to alligāt legibz iurati q̄ om̄i modo iudiciū cū veri/ tate z legū obfuarōe disponāt De penave/ ro mali iudic̄ narrat Valeri^o li. vj. c. iij. di/ cēs q̄ cābises mali cuiusdā iudic̄ d̄ corpe pelle detractā selle iudiciarie exēdit et i ea filiū suū p^o p̄rem iudicatur̄ p̄ sedere iussit. Et sic rex barbar^o atroci ac noua p̄a mali iudicij ne q̄s postea corrupi iudex possz p̄ uidit. Sollert̄ ḡ puideāt iudices ne per/ uertāt iudiciū d̄i vt nō eternalit̄ a deo pu/ niant̄ ex q̄ tanta pena puniuit rex iniquum iudicē z puerfūm.

Distinctio q̄nta p̄ me p̄ris h^o summe.

Capitulum p̄mum.

Quales esse debēt z a q̄b debēt cauere.

Cōsequenter hac distinctiōe q̄nta admonēdi sūt oratores siue aduocati vel legi/ ste q̄ vendicāt sibi locū v̄l officij ligue i re/ pub. Pronūciāt em̄ causas expediedas p̄ reipub. vtilitate z necessitate sicut z lingua enūciat corpis necessitates. P̄p̄riū ei est oratoris aperte disticte et ornate p̄ferre ait Tuli^o li. ij. de offi. Et h̄z sunt informandi vt vtant̄ sua eloq̄ntia z scientia ad reipub/ lice vtilitatē z salutē z nō ad puiciē. vt ait Tuli. vbi s̄. Quid tā inhumanū est q̄z elo/ quentia a nasa ad salutē boim z ad p̄fua/

Distinctio quinta.

tionē datā. ad boni z veritatē subuersionē
 pnicicōz cōuertē. z tñ talia pperrāt pdicti.
 zc. **Et** ibi bñ de h. **Et** his ptz qz tales dñt
 cauere ne ipam veritatē z ei⁹ causas oppri/
 māt z destruat. ne innocētēs z iustos im/
 pugnēt z damnificēt. ne falsitatē z ei⁹ falla/
 ces cās defendēdas sumāt. z ne ipos impi/
 os verisimilibz rōibz iustificēt. qz qd iustifi/
 cat impiū z qd dēnat iustū: abominabilis
 est vterqz apud deum. **Prover.** xvij. **Unde**
Aug⁹. li. iij. cōfēs. **In** foris litigioz coipso
 qd reputat a multis laudabilior qd fraudu/
 lentior. **Et** qd est pniciosius ad hñōi offi/
 cia aliq seipos defendūt. **Prout** ait **Aug⁹**
 li. ix. cōfēs. loquēs de seipo. **Placuit** mihi
 subtrahere misterū lingue mee. ppter immū
 dā loquacitatē. ne vltēri⁹ puerilia medita/
 rer. dñe ihu. nō legē tuā. nō pacē tuā. s; in/
 sanias mēdaces et bella forēnsia mercarēt
 ex ore meo arma furozi suo. **Sic** em̄ de ta/
 libz est qd pdicta faciūt. **z** ei iura sūt iusta
 z leges recte. **puerte** tñ illa ad p̄ratz oppres/
 sionē z ad falsitatē p̄mōtiōez est eis aburi.
 qd faciūt multi. z vt magz possint h̄ facere:
 dilatat p̄bilateria z simbnas suas. tam oz/
 naribz vestitū qz pompa gestuū qz arrogan/
 tia p̄boz. **put** dñ in qdā tragedia de qdā q
 vidit internū. in q etiā vidit turbā infinitā
 aduocatoz. z dixit. **Hei** venale gen⁹ hoim
Accedite vt mecū in h̄ vase balneamī. sup/
 eit em̄ adhuc loc⁹ **Sz** nobil̄ anim⁹ dedit gē
 q̄rere hōrē ab exterioribz ornāmētis. **put** nar/
 rat de **Demostene** in **Policrato** li. viij. **De**
mostenes inq̄t anteqz d̄ eloquij ei⁹ inno/
 tuisset. cult⁹ oposiores d̄z apperisse z vestitū
 nitorē. sciens qz purpura causidicū vedit.
Ar postqz noticiā z samā affecit⁹ ē eloquē
 tic. roga est p̄tēnt⁹ dicēs se velle sibi a se po/
 tius qz a nitorē vestitū a cultu exq̄sito p̄ita
 re glaz. **Quē** ei p̄zi⁹ attollit honor: vilitas
 tētiū nō depmit. **Emendicatū** laudis vi/
 det esse suffragiū qd ab extrinsecis pendet
Profecto vni⁹ egregie p̄turs titulo qsqz ma/
 gis clarescit qz iplēdissimio luxurie vlti/
 mēto z omni lenocinio vanitatē. **Nō** ḡ sa/
 piēs z virtuosus d̄z dedignari ostentare se
 exterioribz ornāmētis. et sic qsi vendē se. **Et**
 nō solū etiā aliqñ tales se vendūt vel suum
 patrociniū. **Sz** qd miserabili⁹ est vendunt
 suū silentiū. **Et** cū silentiū sit puatio locu/
 tionis exponūt venalitio ipas puationes.
 et sic q sūt nulli⁹ p̄cū sūt apud eos venalia.

put narrat de **Demostene**. q cū **Aristode**/
 mū auctore fabulaz interrogassz qñcū mer/
 cedis accepissz. z ille respōdissz. talentum.
Plus inq̄t **Demostenes** accepi vt tacerez.
Planū est ḡ tales esse mirabiles imo mise/
 rabiles veditores. q nō solū se z sua sic ven/
 dūt. s; puatōes rez. vt dicitū est **Et** lingua
 talis venditoris multū damnifica est i re/
 publica. **put** dñ in **Policrato** li. v. **Q** cau/
 sidicoz siquidez lingua est damnifica nisi
 eā vt dici solet sumibz argenteis vincias. et
 nō solū etiā sic vendūt se z sua. s; etiā aliqñ
 cās p̄trahūt. vt pl⁹ **Lucret.** vel veritatē ex/
 cludūt. vel qd nequi⁹ est: interimūt. z vt fi/
 at p̄uersum iudiciū efficiūt. vt verificet de
 illis illud **Isa.** lix. **Conuersū** est iudiciū re/
 trosum iusticia lōge sterit. qz corruiit i pla/
 tea veritas z equitas nō potuit ingredi. zc
Tot em̄ repagula z tot obstacula fallacia/
 rū adducūt q nō hz veritas ingressum. **Et**
 qd grau⁹ est cam falsitatibz interimunt. et
 p̄pinant aliqñ vinū erroris. sicut loq̄t **An**/
gustin⁹ li. j. cōfēs. de poetz loquēs. **Nō** accu/
 so p̄ba qsi vasa electa s; vinū erroris qd in/
 eis p̄pinabat ab ebrijs doctoibz **Et** li. f. iij.
Quid valer eloquentia pagano q tāqz po/
 culo p̄cioso moztiferos p̄pinat errorē z fa/
 cit linguam suā frameā. i. gladiū bis acutū
Item potest dici de talibz vere. **Lingua** eo/
 rum gladi⁹ acur⁹. **Sed** sciant tales omnes
 q tenent ad restituriōem omniū q lucrari
 sunt iniuste. **put** ait **Aug⁹.** epla. xxxvj. lo/
 quēs de **Zacheo** q ait. **Si** cui aliqd abstu/
 li reddo illi quadruplū. **Lu.** xix. **verunta**/
men ait **Aug⁹.** epla vbi s. **Si** iusticia sin/
 cerius p̄sulat. inuisti⁹ d̄z aduocato. redde qd
 accepisti qñ p̄ veritatez steriiti. iniquitati af/
 fuisi. iudicē sefellisti. iustā cam oppressisti.
 de falsitate vicisti. **Quot** vides honestissi/
 mos z discretissimos viros. nō solū ipune
 venūctiā gloriose sibi videri cōmittere. **Et**
 ibi bñ de h. **Et** nō solū tenet ad restitutiōz
 eoz q accepit. s; etiā ad restitutiōnez eoz q
 p̄ iniustā aduocatoz suā iusti amiserūt. **Uñ**
Aug⁹. ibi. **Quis** tandē aduocatoz facile re/
 perit q dicat suscepto suo. recipe qd michi
 cū male a dessez dedisti et redde aduersario
 tuo. qd me a gente inique abstulisti. zc. **Ibi**
 bene de hoc.

Capitulum secundum.

De informatiōe actorz in iudicio com/
 muniter.

Et non solum ad
 uocat^r est admonēd^r hīs modis
 s; etiā omnis actor i iudicio ne pe
 rat nō sua nec querat aliena. nō p falsitate
 pcedat i iudicē munerib; corūpar. ne pau
 peres opprimat. q; si lucrū his modis sit in
 archa. damnū tñ erit in pscia. *Et de h; Tu
 li^o li. iij. d. officijs. Si bon^o vir habeat hāc
 vim vt si digiti pcrepuerit. s. p digitoz per
 cussionē vt fuit mos apud antiq; possit in
 testamēto locupletū nomē suū irrepe. i. fie
 ri heres. hacyi nō vraf. *Et seqt. cā. Intelli
 git em̄ nihil expedit nec vtile esse qd sit in
 iustū. Hoc q nō didicerit. bon^o vir esse nō
 poterit. Et ibi exempla de ill^o q suplantat
 uerū alios iniuste. Tū attēdat ois actor
 mal^o qd d; iij. *Re. xij. de Achab q p falsuz
 testimoniū i iudiciū ex suggestionē Jesa
 belis. eripuit vineaz Naboth. Tū regi di
 ctū est. Occidisti i possedisti. Et seqt. In
 h loco i q linxerit caues sanguiez Naboth:
 lambēt sanguinē tuū. Carnes p; Jesabel
 comedent canes in campo Jeracl. simili
 ter de Aman q voluit opprimere iudeos et
 damnare coram rege. qui tamē oppressus ē
 et paribulo suspensus. put dicitur *Nester
 capitulo. viij.****

Capitulū tertium.

De informatione testium

Unsimiliter te
 stis in iudicio admonēd^r est. ne
 falsitati testimoniū pbibeat. ne
 veritate denegat qñ d; ne falsū testimoniū
 vendat. ne alijs noceat. put pcepit domin^o
*Eto. xx. Nō falsū testimoniū dices. Tū
 Jfidor^o li. iij. de sūmo bono. Testis falsid
 cius trib; est obnox^o. Deo quē ptenit. iudi
 ci quē decipit. inuocēti quē ledit *Et aug^o.
 in s̄mōe de decē plagis ait q octaua plaga
 sez locusta aial dēte noxiū signat falsuz te
 stē. Quid em̄ aliud vult nisi nocere mordē
 do i psumere inētiendo. Et ideo admonēt
 aplos ne nos falsi criminib; appetam^o alios
 psumere dicēs *Si mordeat inqt inuicēz i
 comeditis. videte ne ab inuicē psumamī.
 Gal. iij. Tales veritate interimūt. i sic ipm
 xpm q est p̄itas. Tū et p ipm insurrexerit
 Bachei. xxvj. De h; Ambro. in s̄mone de
 passione dñi ait. Xps veritas. i. pax est et iu
 sticia. Qui g; relinquūt p falsitate veritate***

p tpali p̄cto iusticia. q odiūt i rescindūt pa
 cē xpm occidūt *Jō merito test; falsus non
 erit impunit^o. Prouer. xij. Tū d; de pena
 falsoz testū li. vj. ecclastice histo. sic dicit.
 Tres falsi testes insurrexerit p; Narcissum
 ep̄m hierosolimū. affirmātes sub sacramē
 to iuramēti in hac forma p̄stiri. *Prim^o em̄
 dixit sic esse vt nō igne psumeret. Secūd^o
 ita esse ne regio morbo corūper. Tertius
 affirmauit ita esse ne luminib; ozbaretur.
 Sanct^o p; o cul^o vita i pudicia ab omib;
 noscebāt in deserts locis plurib; annis de
 lirescit. s; ocul^o diuine puidētie nō quiescit
 sed impios i falsos vltioni terribili mul
 crauit. *Tū p̄m^o a parua scintilla ignis do
 mo succēsa cū omī familia omīq; substan
 tia pflagrauit. Scōs a pedib; vsq; ad ver
 ticem morbo regio q fuerat imp̄cat^o con
 sumpt^o est. Tertius vidēs eoz exitū. nec se
 poruisse effugere diuinū iudiciū corā omī
 bus sceleris ordinez pandit et in lacrimas
 p̄rupit. i luminib; ozbar^o est. *Et narcissus
 q; de celo rediuiuus ex improviso redijt. et
 multo maior erga eū amor hoim excreuit.
 Sancto g; multū p̄suerūt isti. i sibi confu
 sibiliter nocuerūt. Qui g; imponunt falsa
 patienter p xpo sustineat. et absq; falsitate
 innocentia ostendat: exemplo *Joseph qui
 innocēs in lacum missus est. Gen. xl. Et ex
 emplo *Susanne Dau. xij. Et exemplo bea
 ti stephani Act. vi. Et exemplo ihu xpi q
 qñ agn^o du ci^o est ad victimā. *Mat. xxvj
 Tales em̄ defendit de^o aliqñ in p̄tri. vel si
 p̄mittat puniri. h; facit ad cumulū meriti i
 premij. put narrat *Hieronim^o epla. cxxij
 de quadā sancta muliere septies percussa.
 Imponēbat em̄ ei crimen adulterij. i viro
 p̄sistente vt cōpendio moris longos crucia
 tus vitaret. *Ait illa. Testis est de^o. nō ideo
 me negare velle ne peccam. s; ideo mentiri
 nolle ne peccem. *Et p̄mo ictu spiculatoris
 caput viiri abscisū est. *Et cum ad illam ve
 nisset p̄mo ictu rasure modice sanguinem
 emisit. scōdo fibulā auri excussit ex collo. ter
 tio gladi^o reflectit. i se ferire nō posse p̄sitet
 Ali^o igit p̄cissor eligit a q semel p̄cussa cō
 cutitur. scōdo ab eo p̄cussa quassat. tertio
 vulnerata p̄sternit. quarto p̄cussa visa est
 mori. et ducta a clericis reuixit dicēs. *Dñs
 mihi adiutor est. zc. *Et lz postea seultret le
 ges nihilomin^o reddita est libertati *Euidēs
 g; hic affuit p̄ctio i miscōis diuina in li**************

Distinctio quinta.

beratione innocentis. Si vero sit reus ille cui imponuntur crimina in iudicio instruendus est ut peccata non augeat vel cumulet purgando se per mendacia vel per iuriam et falsa testimonia. sed ut culpas suas et reatus cognoscat. veraciter peniteat. dignum se esse penis et opprobriis intelligat. exemplo filiorum Jacob dicentium. *Verito hec patimur. quia peccauimus in fratrem nostrum.* *Benef. xliij.* Item instruendus est ut penam vel mortem pro penitentia sustineat. et ut recognoscat sibi melius esse finire vitam in penitentia quam viuere in malicia et ut humiliter misericordiam dei imploret. et ut confidat in saluatore spe certa. exemplo latronis dicentis. *Et nos quidem iuste. nam digna factis recipimus. Et sequitur. Vemento mei cum veneris in regnum tuum. Luce vicesimo tertio.*

Capitulum quartum.

De informatione actorum et eorum contra quos est actio.

Instruendi sunt etiam actores qui agant contra reos. ut non cogant eos ad iurandum ne incurrant delictum. prout ait Augustinus in sermone de decollatione beati Iohannis. Ille inquit qui hominem prouocat ad iurationem et scit eum falsum iuraturum vincit homicidam. quia homicida corpus perimit. ille animam. immo duas animas. eius quem iurare prouocauit et suam. Unde narrat ibi de quodam qui prouocauit alium ad iurandum. quod nocte sequenti in visione adductus fuit coram iudice terribili. A quo cum interrogaretur quare prouocaret hominem ad iurationem. et ille respondisset. quia negauit mihi rem meam. Dixit iudex. melius esset ut rem tuam perdes quam animam illius hominis falsa iuratione perimeres. Et prostratus inuisus est cedi grauissime. intantum ut vestigia plagarum in dorso eius euigilantis apparerent tempore multo. Diciturque est ei. *Laueas de cetero ne similia facias. Cum compassione enim magna de damnis animarum debent si deles agere contra tales. dolentes plus de perditione animarum quam rerum. prout ait Gregorius moral. iij. super illud Job xxxij. Frustra laborauit nullo timore cogente.*

Plus inquit raptoribus istis debemus metueri quam rebus irrationabilibus defendendis inhiare. etc. Unde apostolus prima ad Corinthios. vi. Jam quidem omnino delictum est in vobis quod iudicia habetis inter vos. quare non magis fraudem patimini. Si ergo iudicia litigiosa in rebus repetendis reprehendit apostolus: multo magis quando sunt actiones in iudiciis absque caritate. et ideo usque ad damnationem mortis. Et ideo sancti dabant res etiam latronibus ne furando peccarent. prout dicit Gregorius libro primo dialogorum. de illo ortulano qui precepit serpenti ut custodiret aditum orti. Et cum esset a serpente fur ibidem detentus respondens ille ait. *Quare totiens in labore monachorum furtum facere presumpsisti. Et soluit eius pedem dicens ei cum magna dulcedine. Amplius non facias furtum. sed cum necesse habes huc ad me ingredi. et que cum peccato consueuisti tollere ego tibi deuotus dabo de labore proprio. ne animam tuam furando perdas.*

Capitulum quintum.

De informatione accusatorum.

Et quia in his iudiciis accusatores falsi multa mala faciunt. Ideo sunt fideles instruendi ne falso accusent alios vel falsa fingendo vel facta aggrauando seu augmentando. Unde de falsis accusatoribus ait dominus per Hieremiam. ix. *Extendunt linguam suam arcum mendacium et non veritatis. Et sequitur. Sagitta vulnerans linguam eorum. Sicut enim sagitta subito vulnerat et cum hoc non suspicaret. sic lingua falsi accusatoris sepe ledit innocentes expectato. Et talis arcus est maledictus. quia emittit sagittas false accusationis usque ad existentes in partibus remotis. Ideo separandus est falsus accusator a populo ne multos ledat. sicut canis rabiosus ne homines mordeat. Unde apostolus ad Philippenses. iij. *Videte canes. Glossa. Natura canum est ut non latent ad eos cum quibus habent consuetudinem vel noticiam. Contrario est de talibus qui frequenter mordent sibi notos et vicinos. ideo cuiuslibet tali comperit quod dicitur de capite eorum. scilicet sarhana. Apoca. xij. Proiecerunt est accusator fratrum etc. Glossa. Accusator enim est fratrum nostro.**

Partis prima.

rum et non peccatorum. quia innocentes accusat.

Capitulum sextum.

De informatione intercessorum.

Et quia in iudicio sunt varie persone. scz psona accusatoris. defensoris. intercessoris. et iudicis. prout ait Augustin⁹ epistola xxxv. ad Macedonium. Instruendus est intercessor vt debito modo intercedat inductus pietate et misericordia vt non faueat peccatis vel criminibus. prout docz ibi Augustin⁹ bene respondens obiecto⁹ Macedonij sibi obijcientis q^o illud probam⁹ qd impunitu esse volum⁹ Et sequitur. Utdetur intercessorem approbare reum pro q^o intercedit. Cui respondit Augustin⁹. Q^o nullo modo culpam quaz corrigi volum⁹ approbam⁹: nec quod perperā cōmittitur. ideo nolum⁹ impunitum esse quia placet. sed homines miserentes. facinus seu flagitium detestantes. Quanto magis displicet nobis vicium: rāto min⁹ volumus in emendatū vicioz⁹ interire. zc. Ne ergo in emendati intereant z veraciter peniteant. iusti pro reis intercedūt ad iudices Unde sequitur. Defensor ab intercessore multuz distat. Nam ille diluendis vel obtegendis criminibus operam maxime impendit. Intercessor autem cum de culpa constat pro pena remouenda vel temperanda curā gerit. Unde et domin⁹ apud homines intercessit ne lapidaretur adultera. Iohannis viij. Volo ergo parce vir bone: quāto melior tanto esto mitior. q^onto sis celsior potestate tanto hūilior: fias pietate. vt ait Augustin⁹ vbi supra. Iusti est ergo intercedere recta intentione. Nihilomin⁹ iudicis est iudicare iusto ordine. Unde et modus rogandi iudices est vt faciat que salua fide facere possit. fm Tullium libro scdo de officijs. Iudicis em̄ est semper in causis verū sequi. Unde legitur in vitis patrum q^o iudex quidam prouincie cū abbatem pastorem videre cuperet. sed nequireret. filium sororis sue tanq^o malefactorem reuicē dicens Si pastor venerit et pro eo intercesserit dimittam eum. Mater ergo pueri ad ostiuz senis plorans dixit. Veni intercedere pro filio meo. Qui cum mulieri intus non responderet. Dixit iterum mulier. Et si visce

ra ferrea habes nec vlla compassione moueris: saltem miseratio sanguinis tui fleat te. Ille at mandauit ei dicens. Pastor nūq^o filios generauit mandauitq^o iudici di. Examina cām fm legē et fm veritatē fer sententiam.

Distinctio sexta p^ome ptis hui⁹ summe.

Capitulum primum.

De institutione et auctoritate senat⁹ siue consiliariorum apud antiquos

Rehabitis occasionibus informandi iudices. q^o sunt ad modum oculo⁹ i republica. sequitur de modo informandi senatū id est. collectionē consiliarioz. Qui quidē senatus tenet locum cordis in republica fm Plutarcum. Senatus enim nomē officij est dictum a senectute. qui vel sudanice vel auxit romam. vt ait Papias. Vñ a romulo electi sunt. qui ob etatem senatores. et ob sollicitudinem cure: patres appellati sunt. Et senatus officium est consilio ciuitatem tuare. ait idem Papias. Et de hoc in principio historie romanorum. q^o Romulus condita ciuitate quam ex nomine suo romam vocauit. centum ex senioribus elegit quozū consilio omnia ageret quos senatores propter senectutē: patres ob sollicitudinem cure nominauit. Quid em̄ nobilius ceterū senum. ait Policrat⁹ libro. v. q^o merito a vulgaribus officijs ad cōsilij et regiminis officium transeunt. z in marcido corpore exercent mentis vires. eo sapientiē magis apri negocijs quo in exercitijs corporis minus possunt. Eozum itaq^o rātus honoz extitit apud grecos vt duces reipub. nunq^o procederent nec egregium aliquod agerent quod senes instituti non inducerent seu approbarent. Et qd magis est. ab inicio vrbis condite nomina eozuz aureis litteris sunt conscripta. Et ibi multuz de hoc. Et merito senatus. id est. collectio talium comparatur cordi. quia sicut a corde in corpore naturali vita et vigor et regiminis origo est. sic a talibus in republica proportionabiliter dicta subueniunt. vt vere dicatur reipub. Vñ custodia custodi cor tuum. quoniam ex ipso vita pcedit. Pro uerbiozum quarto. et ad agendum et mouendum.

Distinctio sexta.

Capitulum secundum.

Quod consiliarij debent esse iusticia et sanctitate vite probati.

Notandum ergo quales debent esse consiliarij. scilicet vita sancti et probati esse debent. prout ait Ambrosius libro. ij. de officijs quod in acquirendis consilijs plurimuz valet vite probitas. virtutu progatiua. beniuolentie vsus. facilitatis gratia. Et ponit exempla. Quis in ceno fontem requirat. quis ex turbida aqua potum petat. vbi luxuria est. vbi intempantia. vbi vicioz confusio. quis non horrenda existimet. quis non despiciet morum colluionem. quis vtilē aliene cause iudicet quem videri inuilem sue vite. Ex his patet quales debent esse consules siue consiliarij. scilicet a vicijs immaculati. et virtutibus predicti. et moribus probati. et experientia industrij. Unde ibidez Ambrosius. Prestantior est a quo consiliū petitur quā ille qui petit. Et sequitur. Qualis debet esse consiliarius. scilicet vt exemplo et vsu patior sit nō ad cōsulendū tñ. s3 ad subueniendū. Et ibi bñ de h. Et quia raro inueniuntur tales. ideo dicitur Eccl. vi. Consiliarius sit tibi vnus de mille. Et ideo antiqui elegerunt senes pro consiliarijs. vt dictum est.

Capitulum tertium.

Quod consiliarij debent esse veridici siue veritate predicti.

Item debent consiliarij esse veritate predicti siue veridici vt in veritate psulāt illis quibus sunt psules. siue sit pnceps. siue ciuitas vel respublica. nō ad placitum eorum quibus psulūt. sed fm reueritatē. prout ait Seneca. li. vj. de bñfi. Dic illis. nō qd volūt audire aures adulatione letates. s3 in tret vox vera. da psiliū vtile. S3 falsi amici p psilio adulationē afferūt. Et sequitur exemplū adulantū blande fallentiū Xerxes dux medoz grecis bellum indixit Qui familiaris vnus dixit. Breuos nunciū belli nō expectaturos sed ad pmam aduentū famam tergaversuros. Alius dicebat. greciaz nō vinci sed obrui mole exercitus. Alius dicebat timendū esse ne vrbes desertas et vacuas inuenirent. Alius dicebat. vix illi na

turam rerū sufficere. angusta esse classibus maria. militibus castra explicandis copijs. sequestribus campestris. vix celum patere sagittis. Dum in hunc modū regem in exultationē furentē concitarent. dixit Damagatus. Multitudo ista que tibi placet. tibi metuenda est. Verum est enim. in modica nūq̄ posse regi. nec diu durare quod regi non potest. Nihil tam magnuz quod perire non potest. Acciderunt autem que dixit Damagatus. De quo rege narrat Trogus pompeius libro secundo vbi sic ait. Xerxes quadraginta milia e regno armarat. et tricenta milia de auxilijs. et centum milia nauium habuisse legitur. et cenumina siccata ab eius exercitu. et greciaz omnem vix capere eius exercitum potuisse legitur. Sed ipse primus in fuga. postremus in prelio. vnde et in eius exercitu equa perierit leporem qui est fugax animal. ait Ctegecius libro secundo de eius confusibili deuictione. Et quo apparet plus prouidentie inesse veris consultatoribus quā assentatoribus.

Capitulum quartum.

discionis matere narrat Aug^o li. de ci. di. xxiij. c. ij. q. decez fuerūt frēs. qz septē fuerūt marcs z tres femine. q ex maledicto matris sunt puniti tremore mēbroz horribili. qz duo. s. frater z soroz fuerūt sanati i ecclesia beati Stephani. alijs in vltiōe pmanētibz. Consilia vindicta narrat nris rēporibz iuxta Stanfordiā ptingisse de qdaz filio matri molesto et contrario. quem illa quodā die dñico nimitū angriata maledixit in pñtia tot^o parrochie. Qui ob h^o pñsus postqz qlibz ad sua reuersus est: sub qdam altari se abscondit. ac postqz ostium eccleie clausuz fuit ille fili^o maledict^o se cordula cāpane miserabiliter nemine pñte suspendit.

Distinctio tertia secūde pñs b^o summe.

Capitulum pñm.

De instructione fratru q ad amoris beniuolentiā z opis beneficentiam.

Deinde hac disci-
one tertia admonēdi sūt frēs
inter se ad mutuā dilectōem exq
sunt ex eisdē parentibz pncipijs. Un dñt
scipne se mutuo diligere. qz cōicant eandē
naturā. put ait sapiēs Eibi. viij. Item de
mutua dilectōne frim ait Valeri^o li. v. c. v.
Hanc caritatē fraterne beniuolētie prim^o
grad^o accipit. Et ponit exempla de fabio
q delatū sibi triumphū a senatu recipere nō
sustinuit. qz frater su^o illo pñlio ceciderat.
Sitr pñs exēplū de alio q p graua itine-
ra transgressus die ac nocte mutato equo.
solo comite pñt^o trāsiiuit ad liberandum
frēm suū. Sitr ibidē narrat q cū in castris
pompeij vn^o miles aliū intemissz iacentēqz
spoliavit. z vt frēm esse germanū cognouit
multū ac diu puicio deos obiurgauit. pre-
ciosaqz veste frēz opertū rogo imposuit. ac
deinde subiecta face pñt^o eodē gladio q il-
lū interemerat pecc^o pñiū trāsuerberauit.
seqz sup corp^o fratris pstratū cōmunibz flā-
mis cremandū tradidit. Licebat ei ignorā-
tie bñificio innocēti viuere. s. vt sua potius
pietate q aliena venia vteret comes frater-
ne necis esse nō desuit. z artissimis vinculis
sanguis pietas satisfecit. Idē narrat Au-
gustin^o de ci. del. li. ij. c. xxxij. Et ideo xauere
debent frēs ne ppter terrena aliq fiat in eis
discidiū cordiū vel extinctio caritatis fra-
ternę. Un z saluator fratribz perētibz vt

iudicaret z diuideret int eos hereditatē no-
luit fieri iudex eoz in h^o Lucce. xij. qz erat in-
ter eos pñtio lijs nō caritas dilectōis Lu-
ce. xij. sm qz exponit Aug^o li. smonū. j. ser-
mone. xliij. q dñs diuisionē perēti di. quia
me pñstituit iudicē. Cauete ab omi cupidi-
tate. s. ego dico dic fratri vt teneat mecum
vnitātē. zc. Preterea li. vij. Ecclesiastice hi-
storie narrat q qdādam stagnū hereditatis
duobz fratribz sorte aduenerat. et pecunie
cupiditas q fere oia corda mortaliū supac
fraternā vicissitudinē serēviolauit. Hā qā
era piscibz copiosuz puenerūt frēs. nō tñ
ad capiēdos pisces. s. ad interimēdos ho-
mines bella mouētes z hūanū sanguinem
fundētes. s. dei puidentia ipis pñtenti-
bus aduenit beat^o Grego. cesariē. eps vi-
densqz mortes et plia viroz z farētes ger-
manos. causam reqsinit pñtōis. q cognē-
ta. Nolite inqz o filij rōnabiles aias p m-
tis z irrōnabilibz pdere. fraternam pacem
quest^o cupiditate dissoluere. dei leges z na-
ture iura temerare. Et ego vos pñtutē dei
absoluā ab omi certamine pñtōis crue-
te. Et cū accessisset ad stagnū tenēs in ma-
nu pñgā. positis genibz palmas terēdit in ce-
lū z orauit vt ille quale essent de cetero ma-
ledicte p qbz frēs oblici sūt fraterne pacis ce-
pordie. Et vt nūqz in loco illo piscis aut
aqua appareat. s. sit camp^o aratū paties z
ferax frugū. z vt fraterna pcordia pseueret
in eternū. Qua orōne pñta sic factū ē vt
arētē campū z frugifex germanis iā con-
cordibz dereliquit Et qd añ sūt nauū ferax
iā ē solū frugifex. Ex h^o miraclo liqz qz pla-
cito deo ē fratru pcordia. put d^r Eccl. xxxij.
Un z de pcordia fratru in diuisione heredi-
tatis narrat Trog^o pompeij li. ij. qz Xerxes
dicebat se pñm filiū natū patri regi. Fra-
ter pño ali^o q añ cū nat^o est z anteqz pñ rex eē
vēdicabat patrimoniū qdā pñtū dicēs
aliū frēz tñ debere regnū patris bze. quia
erat nat^o de matre regia qd certamē ad pa-
trū suū auriferū derulerunt. Qui causa
cognita pposuit Xersem. z intantū finita ē
fraternapñtio vt nec victoz insoluerit. ne-
vict^o doluit. s. ipo tpe lijs sibijnaicē mune-
ra miserūt z locūda int se puuia fecerūt. et
moderati^o int se regna qz nos exigua pa-
trimonia diuiserūt Si sic pagani se habue-
rūt in diuisione hereditatis merito sunt in-
crepandi christiani qui vel fratres proprij

Distinctio quarta.

os exhereditant iniuste vel contra eos pu-
gnant.

Capitulum secundum.

Qualiter paterfamilias debet regere to-
tam familiam.

Et non solum pa-
ter admonet filios naturales et
discipulos. sed filios familie sue.
Vnde dicitur est paterfamilias. quod omnibus in fami-
lia sua positus tamquam pater filios paternam dilectionem
fulsit ut ait Papias. Debet ergo filios suos
et ancillas disciplinare et moribus informare.
quod pro eis est responsurus. putat ait Augustinus ad
comitem. Queso mi frater pro omnibus tibi sub-
iectis a maiore usque ad minimum amorem et
dulcedinem regni celestis timorem et amaritum
dinem pene generalis annuncies et de eorum sa-
lute sollicitus et vigilas existas. quod pro omnibus qui in
domo tua sunt rationem domino reddes. Sua-
de ergo eis ut caveant a superbia. detractione
ebrietate. fornicatione. ira et luxuria. iurio
furto. et cupiditate. que est radix omnium ma-
lorum. Ideo ait Augustinus super Iohannem omel. l. Su-
per illud Iohannem. Qui mihi ministrat me
sequatur. vos pro merito mistretis christo bene viuere
do. elemosinas faciendo. vera doctrinam
et quibus poteritis predicando. ut unusquisque pa-
terfamilias habet agnoscat. paternam affectionem
sue familie se debere primo. et pro vita eter-
na suos omnes moneat. doceat. corripiat. im-
pedat benivolentiam. exerceat disciplinam.
Ita in domo sua ecclesiasticam et quodammodo
domo episcopale officium impleat ministrans christo ut in
eternum sit cum eo. His ergo modis paterfamilias
et filios naturales et totam familiam cuius est pater
corripiat et instruat. peritiam de domo et fami-
lia exterminet. ut omnes deorum sibi fideliter ser-
uiant. nec inimicum dei in domo sua punit
sat. ne diuinam indignationem incurrat. sed
ut dicere possit cum propheta. Ambulans in via
immaculata hic mihi ministrabat. Unde
si peccatores in domo retineat et foueat:
peccatis eorum participem se facit. Quia presen-
tientes et agentes pari pena puniuntur.

Capitulum tertium.

De admonitione predictorum erga illos qui
sunt colligati cognatione vel affinitate.

Quisimiliter ad-
monendi sunt homines ut babe-

ant beniuolum affectum ad illos precipue qui
sunt colligati naturali cognatione vel affi-
nitate. quia tales dicuntur fratres in scriptu-
ra. Quattuor enim modis dicuntur fratres
ait Papias. scilicet natura. ut Esau et Jacob.
Sicut ut omnes iudei. Cognatione ut Abra-
ham et Loth. Affectu. Et hoc vel specialiter
ut omnes christiani. vel communi ut omnes
homines. Igitur ad omnes homines qui sunt
colligati cognatione debet amor ordinatus
extendi. Et licet dominus dicat Luce. xliij.
Qui non odit patrem et matrem. etc. Non pro-
hibet tamen amorem naturalem parentum
et cognatorum. sed carnalem qui impedit amo-
rem diuinum proponendum secundum Augustinum
epistola. lxxij. Et Gregorius omel. super illud
Luce. Si quis venit ad me et non odit pa-
trem etc. Dicit quod eos qui nobis carnis co-
gnatione contuneri sunt diligamus. sed que
aduersarios in via dei parumur odiendo et
fugiendo nesciamus. Unde et antiqui ad
cognatos erant secundum deum affectiuus. sicut
Abraham ad Loth quem liberauit ab ho-
stibus. Genes. xliij. Et Laban ad Jacob
quando ipsum audiuit ad se venisse. Genes.
xxliij. Unde et coniugium institutum est
fieri inter extraneos ut inter eos amor et
charitas extendatur et dilatetur ubi amor
naturalis minus habebat secundum Augusti-
num de ciuitate dei libro. xv. cap. xvi. ubi
de hac materia.

Distinctio quarta secunde partis habet sume.

Capitulum primum.

**Quid sit coniugium. et de contractione ordi-
nata et legitima.**

Quod sequenter hac
distinctione quarta videndum
est qualiter sunt inordinati qui
sunt colligati connectione sacramentali qua-
les sunt coniuges. Et cum matrimonium
sit viri et mulieris coniunctio maritalis in-
ter legitimas personas individuum vite
consuetudinem tenens. ut dicit Seneca
libro. iij. distinctione. xxvij. Vel legitima
coniunctio maris et femine unione christi
et ecclesie representans. ut dicitur in li. de arti-
culis fidei. De pertinentibus igitur ad matri-
monium debent copulari inordinari ut sit le-
gitima contractio inter extraneos ad dila-
tandum caritatem per sanguinem unione. putat ait

¶ Pars secunda.

Augustin⁹ de ciuitate dei li. xv. ca. xvj. di-
cens q^d uatrimoniu sit inter hoies vt qb^o
est uicilis atq^{ue} honesta p^ocordia diuersarum
necessitudinū uinculis uecterent. et alterū
habeat q^s p^orez aliūq^{ue} socerū. zvt alia sit so-
roz alia vxoz. **U**n^o ait ap^olus **Coz. vij.** Qui
matrimonio iūgit uirginē suam bene facit
et q^d nō iūgit meli⁹ facit. **E**t ap^olus ad **He-**
bze. xij. Honorabile em̄ inq^u p^uigiū et tho-
rus immaculat⁹. **U**n^o et saluator interfuit
nuptijs **Joh. ij.** eas p^h approbas. q^z p^oscie-
bat futuros hereticos nubere p^hibētes. p^o
ut ait **Aug⁹**. omel. vij. **P**rimo g^o in nuptijs
p^ouideat q^d sit legitima p^uinctio p^osonarū
p^om legem dei. z q^d apta p^oditio v^otriusq^{ue} p^oso-
ne ne sequat postea p^otinua penitudo. cui nō
p^ot subueniri. **U**n^o recitat **Valeri⁹** li. vij. c. ij.
q^d u^o uice filie p^o p^o ulebat **Themistodē** p^him
v^orrū eā paup^o sed ornato mo^orib^o an diuici
parū p^obato collocaret in p^uigio. **Q**ui ille.
Ualo inq^u uirū pecunia q^s pecunia^o viro
idigentē **Q**uo dicto monuit vt generū mo-
rigeratū poti⁹ q^s lo cupletē eligeret si v^orrū
q^s adesse nō poss^o. q^s uis g^o allint diuiciarū
opulētie alicui. **P**hēs tū cū illo v^ol cū illa d^o
p^ouide vt p^osona cū q^o p^hit sit p^otuēty p^odi-
ta. mo^orib^o ornata. z statu p^opetēt p^oditiona-
ta. q^z sepe solet tediū tristitie seq^u m^otionū.
Un^o narrat **Valeri⁹** vbi s. q^d **Socrates** cō-
sult⁹ a q^ddam adolescente v^orrū vxozē duce-
ret an aio abstineret. **R**ūdit **Socrates** q^d
q^d cūq^{ue} hoz feciss^o peniteret. nā si vxozē nō
duceret sequerent multa incōmoda. s. solitudo.
orbis gener^o. z p^ogenici interitus. z
heres alien⁹. **S**i p^o duceret h^o sequeretur.
p^opetua sollicitudo. p^otext⁹ q^u rular^o. dotis ex-
probatio. affiniū graue sup^ocilium. garrula
socr⁹. lingua subceforia. alieni m^otionū in-
cere⁹ liberoz euent⁹. **H**ec ille. **D**e hac etiaz
materia tractās aureli⁹ theofrast⁹ in lib. de
nuptijs sic recitat beat⁹ **Micro. 3** **Jouinia**
nū. q^urit an vir sapiēs ducat vxozē. z cū dis-
fuisisset. si vxoz pulcra esset. si bñ mo^ori ge-
rata. si honest⁹ parētib^o p^ocreata. z si ipse di-
ues z san⁹. sic sapientes posse vxozē ducere.
s^z statim infert. **H**ec at oia rarissime i nup-
tj^o p^ocurrūt. **N**ō g^o vxoz a sapiente ē ducē-
da. q^o p^hie marie impedit studia. q^z diffici-
le est libris z vxozib^o intendere. **I**tē multa
sunt inq^u q^o necessaria sūt v^osib^o matronaz.
scz p^ociōse z sūp^ouose vestes. aurū. gēme. an-
ille. sup^opellez varia. lectice. exedra. deaura-

ta. noctib^o p^otinuant garrule p^oquest⁹ et ru-
mores. **I**lla honorator sp^o p^ocedit i publi-
cum: ego despicioz. **I**lla a mlt^o honozatur
ego a mlt^o p^otenoz. **S**p^o suspicaz malū di-
cēs. **U**r aspiciebas uicinā. q^d cum illa lo-
quebaris. **E**t sic alteri⁹ amorē odium suū
suspicaz. **U**n^o vxozē alere paup^o difficile
est. z diuicē sustinere tormentū est. **I**tē ad-
de q^d nlla sit vxozis mala p^oditio. tū q^uliscū
q^z obuenerit habēda est. si iracūda. si sup-
ba. si fatua. si feda. si ferida. **E**qu⁹. asinus.
bos. ouis. et mancipia. v^oceoli. et lebetes.
p^ous p^obant z sic emunt. sola vxoz nō osten-
dit ne antea displiceat q^s ducat. **Q**uoscū-
q^{ue} illa dilexerit lz ingrati tū a te oz amari z
suscipi. **S**i totā ei domū tuā regēda cōmi-
seris: fruendū est ei. **S**i aliqd tuo arbitrio
reseruauer⁹: fidem sibi hēre nō putabit. **E**t
tūc in odiū p^oret z iurgia. **E**t nisi cito cōsu-
leris parabit uenena. **I**tē. q^d p^odest dili-
gēs vxozis custodia: nā ipudica suari non
potest. pudica uero artari non debz. **I**lla
uero pudica dicenda est cui licuit peccare
sed noluit et si talis rara sit pulcra cito cō-
cupiscit et amat. sed feda facillime despicit
Difficile ergo custoditur quod plures cō-
cupiscunt et amant. **S**ed moleste posside-
tur q^d nemo habere dignat⁹. **A**inoze ta-
mē miseria deformis habet q^s formosa ser-
uat. **N**ihil tutū est in quo toti⁹ populivota
suspirant. **A**lius est qui sollicitat forma z
decore. **A**lius ingenio. **A**li⁹ diuicijs. **A**li⁹
liberalitate. et ideo aliquo modo expugna-
tur quod v^odiq^{ue} impellit z obsiderur. **S**i
dicis p^oter dispensationē domus ducende
sunt vxozes. **R**espondeo q^d multo melius
dispensat seruus fidelis et timens q^s vxoz
omnia deualtans que se dominā omniuz
eque tibi estimat. **I**tē si dicis. liberoz
causa et heredū vxoz ducēda est. stolidissi-
mū est h^o dicere. **Q**uid em̄ ad nos p^oinet re-
cedentes de mūdo si ali⁹ nostr^o noie uocet
Aut q^o seuerus auxiliā nutrire domi qui
forte ante te moritur⁹ est. **A**ut puerissim⁹
fuit⁹ sit fili⁹ mo^orib^o. aut cū ad maturā eta-
tem peruenerit tarde ei uidebit⁹ vt tu pater
ei⁹ cito moriaris. **U**nde heredes ueliores
et certiores sunt amici et p^oinqui quos in-
dicio eligere uales q^s quos uelis aut uolis
habere cogaris. **I**tē narrat **Valerius** in
epistola ad **Rufinum**. q^d cum **Mari⁹** filiā
suam dote diuisem. forma uobilem. famo-

Discinctio quarta.

celebre. genere illustrē. Detello obtulisset
in iugū. Rūdit metellus. **D**alo eē me? q̄
su? **L**ui Marius. uno ipa tua erit. **L**ui me
rellus. Virū inq̄t oportet eē vxoris. nā talia
sua p̄dicata q̄lia eē p̄miserint subiecta. Et
sic calliditate p̄boz diuertit ab oneribus
dorsum suū. vnde ethiciū est vidēcui des.
Sz ethica ē sūma vide cui teipm des. **N**ō
ḡ sine m̄tra pplexitate sil' z incōmoditate ē
copula iugalis. **V**irḡ credit posse obti
ueri pax z securitas cū vxore siue bōa siue
mala. **N**ā luna virū suū infecit quē nimis
habuit exosum. **L**ucia suū quē nimis hūit
dilectū z carū. **I**lla p̄ma veneno. hec pocu
lo amatorio. Et idō **V**alerianus impator
eminentiorē z securiorē vitā eligēs. p̄di
citiā p̄petuā elegit. nec vñq̄ carnē suā ad il
licitos mor' relaxauit. **U**n cū **O**ctogena
ri' moreret suozūq̄ triūphoz audiret reco
li p̄conia: dixit se sola p̄tute glari. **R**equirit
q̄ d̄ illa. rūdit **H**ostē magnū. s. carnē p̄paz
deuici. nec vñq̄ illā muliez p̄fortio macu
lauit. **N**ō sūt ḡ iam dicta ad detestatiōez cō
lugij recitata. s. vt bñ sibi p̄uideāt q̄ nube
volūt p̄p̄ incōmoda seq̄ valentia. qz multe
sūt nuptiarū molestie. Et sic ap̄tus ait ad
Loz. vii. **V**irgo cogitat q̄ dei sūt. que aut
nupta est q̄ sūt mūdi cogitat. Et idē etiam
ait ibid. qz tribulatōz carnis patiū h̄mōi.
Iō a sapiētibz vitāda sūt iugia. **U**nde d̄
molestijs nuptiarū recitat beatus **H**iero?
vbi s. dicēs qz **L**icero rogat' ab bircio vi
ro nobili vt post repudiū **T**erenci vxoris
sue forozē suā duceret. oīno sup̄sedit. dicēs
nō posse vxori z phie opam dare. **N**ā phia
exigit quietē. vxor' vō causat bellū et litem.
Un **S**ocrates phs **X**ancipem z **D**icon
nep̄ez **A**ristidis duas habebat vxores. q̄
cū crebro int̄ se litigarēt vt mos est femiaz
Socrates illas derisit qz p̄p̄ sedissimū ho
minē. simis naribz. recalua frōte. pilos hu
meris. repādis cruribz int̄ se disceptarent.
Nouissime iste mulieres impetū p̄terit in
eū. **L**ui cū m̄tra p̄uicia ex sup̄iori loco vna
illaz intulisset. **P**ostremo aquā immūdā
sup̄ illū picit. q̄ caput detergens nil aliud
rūdit. s. paciēter dixit. **S**ciēbā em̄ p' p̄bo
rū tonitrua ymbzē seq̄ p̄uicioz. vñ vix esse
p̄t pax cū vxore. **U**n **S**orgias libz pulcer
rimū de p̄cordia grecs int̄ se dissidentibus
sc̄psit. **L**ui q̄da dixit. **V**iro: te libz de cō
cordia grecs recitasse cū tu z vxor tua z an

illa tua tres tm̄ i vna domo p̄cordare nō
potest. **I**tē **H**iero. vbi s. **L**ui aici cuiusdā
ipm arguerēt qz vxorē bonā z castam repu
diasset. ille p̄dixit pedē suū nouo calceo cal
ceatū. z dixit. **S**oc' iste non' est z elegās.
s. nemo p̄ter me scit vbi me p̄mit. **S**ic ē de
vxore qz q̄tūcūq̄ sit bona vix sustineri va
let sine mētis angustia. **U**n sapiētī viro ra
ro incundū est iugū. Et seq̄t. **S**raue ē vi
ro soluto venire in dubiū vtrū bonā malā
ve ductur' sit vxorē. Et ideo tur' est securi
orem p̄tē eligere h̄ est nullā ducere. **D**ec et
alia narrat **H**iero? vbi s. dicēs qz **A**risto
teles **P**lutarc' z **S**eneca libros sc̄pserūt d̄
m̄rionio a q̄b̄ errarit p̄dicata.

Capitulum secundum.

De instructione vxoris si sit min' mori
gerata z supportatione.

Suero cōtingat
qz vxor ab aliq̄ sit ducta q̄ nō sit
morigerata. nihil aliud restat nē
si custodia z disciplina ei imponēda: ma
teria malignādi subtrahenda. **U**n roma
nis matronis z feminis vsus vini aliquan
do fuit ignor'. ne i aliqd̄ dedec' plaberent
qz p̄rim' a libero p̄tē int̄pantie grad' ad in
cōcessam venerē esse p̄suenit. ait **V**alerius
li. ij. ca. j. vbi narrat qz quecūq̄ femia vinū
imoderate appetit oībz p̄tutibz ianuā clau
dit z delictz aperit. **I**tē restringēda ē vxor
ne foris exeat z in publicuz se p̄deat. **N**am
si **D**yna domi resedisset rapta z violata non
fuisset. **U**nde recitat **V**aleri' li. vi. ca. iij. qz
Ball' **S**ulpici' vxorē suā dimisit eo qz eā ca
pite nō coopto foris versatā cognouerat.
Sil' **S**empronius iugē repudiavit eo qz
ip̄o ignorāte spectacl' o ludi se foras dedit.
Un d̄ **E**ccl̄. xxv. **N**e des mulieri nequant
venia p̄deūdi. **I**dē ibidē. **M**ulier si p̄ma
tū habeat p̄ria est viro suo. **P**tererea si vxor
nō sit morigerata. ei' tū esse v̄z supportatio
p̄passua. **U**n ait **V**arro in satyra sua qz vi
ciū iugis aut tollendū est aut tolerādūz.
Qui tollit vicij cōmodiorē iugem p̄stat.
Sz q̄ tolerat seipm meliorē efficit. **U**n de
Socrate narrat **A**gell' li. j. accitanz no
ctium. cap. xvij. qz **S**ocrates cum eū alci
biades interrogaret quare **X**ancipem vx
orem suam iurgiosam. et die et noctu malie
bribus scatentē molestijs a domo nō abi
geret. **R**ūdit. **L**ui talē domi patior vxorē z

Bars secunda.

sustineo exerceo: et insueco ut ceteroꝝ so-
ras peculantia et iniuria faciliꝝ sera. Sic ei
fideles se debent in iugio inuicem supportare.
Sicut illud **Sal.** vi. Alter alteriꝝ onera porta-
te. **Ire Solo.** iij. Supportates inuicem. sup-
ple estote. et marie iuges cum sint vna caro.
putat **Beñ.** ij. **Uñ Ambro** exame. omel. v.
ponit exemplum de vipa et murena dicens quod
vipera murenam ad iugales amplectum euo-
cat. Et sequitur. Quid sibi vult homo iste nisi quod
ferendi sunt mores iugum. sed sit asper fallax et
malus. Et sequitur. Quid peius veneno quam ve-
nenum in iuge serpente murena maritum non
refugit et tu mulierem tuam ferre non vales. **U-**
pera absentem murenam vocat et blando procla-
mat sibulo atque ubi aduenire comparam sen-
serit: venenum euomit. reuerentiam marito de-
ferens. tu vero mulier aduenientem maritum com-
tumeliosus deposis suscipere. sed tu vir deponere
tumorem cordis et asperitatem morum. non es
uxoris dominus sed maritum. non ancillam forti-
tus es de pedibus factam. sed uxorem et collegam
de latere viri creatam.

Capitulum tertium.

De mutua dilectione coniugum

Item coniugum
dicitur esse mutua et caritativa dile-
ctio. quod sicut sunt vna caro sic de-
bent esse cor vnum et anima vna. **Uñ** ait apostolus
Eph. v. Viri diligite uxores vestras sicut
et Christus ecclesiam. **Uñ** narrat **Valerius** li. iij. c.
v. quod **Elubancius** audita morte uxoris ob-
dolorum gladio se transfixit. **Silr** narrat quod
Emplauci cum uxor eius decessisset et in rogum
posita fuisset inter officium vngendi ferro stru-
cto incubuit. et sicut erat rogatus et calciatus
amici cum corpori coniugis iunxerunt. ac de-
inde subiectis facibus utrumque cremauerunt
quorum sepulcrum nunc tarenti aspiciunt. **Ire**
narrat ibidem quod **Porcia** filia magni **Cato-**
nis cum **Brucum** virum suum interemptum cogno-
sceret quod ferrum non dabant ei: ardentes ore car-
bones haurire non dubitavit. et sic nouo
mortis genere assumpta est. **Silr** narrat
ibidem de quadam regina que **Detridate** con-
iuges suum effusis caritatibus habens amavit
propter quem tonsis capillis in virile habitum
se conuertit. equorum armis se assuefecit que faci-
li laboribus et piculis eius interesset. et illum vi-
ctum a pompeio profferas gentes fugientem
infatigabiliter secuta est.

Capitulum quartum.

De fidei infractione.

Similiter coniu-
gum dicitur esse fidei infractione. quod
iugum tria sunt principalia bona. scilicet
fides proles et sacramentum. In fide igitur attendit
ne per vinculum iugale cum altero vel altera
se commisceant. ut ait **Dionysius** de sacra. pre. ij.
ca. vij. unde quilibet dicitur alteri fidem tenere. et
quod sicut apostolus **1 Cor.** vij. Vir non habet potestatem sui
corporis. sed mulier. et conuerso. **Uñ** de fide
hac yroia siue coniugali narrat **Valerius** li.
vj. c. vij. quod **Ulpicia** cum a matre sua **Julia** di-
ligentissime cultodiret ne virum suum proscriptum
in siciliam prosequeret. nihilominus familiari et
vili veste sumpta ad eum clandestina fuga per-
uenit. nec recusauit seipsum proscribere ut fi-
dem seruaret in proscripto iuge. **Narrat** etiam
ibi idem quod **Emilia** uxor **Africani** imperato-
ris tante fuit bonitatis fidelitatis et patientie
ut cum sciret uxorem suam ex ancillis suis gratam
esse. tamen dissimulauit ne dominatorem totius
orbis africanum feminea impatiencia reum
ostenderet tantumque a vindicta inens ei
se abstinuit. ut post mortem africanum manu
mitteret ancillam et in matrimonium nobilitate
collocaret. **Et** de hac materia similiter nar-
rat **Valerius** li. iij. c. de fide uxorum ad viros.
quod cum **Lacedemonij** inclusi a **Spartanis** ca-
pitali seruabant supplicio puniendi coniu-
ges eorum illustrissimi sanguinis velut allo-
cuture viros in breui mortuos carcerem
intrauerunt. **Impetratores** a custodibus ad-
itu commutataque veste cum viris propter simula-
tionem doloris velut captiui viros abire se-
cerunt et ipse in carcere pro viris remanserunt.
Et de his similiter narrat **Solinus** li. x. ca. vij.
de quadam gente **Indie**. in qua multe uxores
in viro ueniunt matrimonium. et cum
obierit apud grauissimos iudices suam que-
ram de meritis agunt causam. et que officio cete-
ras sententia iudicum vicerit hec palme de-
fert premium. et rogam ascendens coniugis
supremas aus agit exequias. **Uñ** de uxore
semper cum nota viuunt. nec licitum est eas
de cetero alicui viro coniungi. quia ingra-
te fuerant marito priori. **Uñ** exemplum
boni fidei patet in vipera et murena sicut **Ambro-**
sium supra ca. ij. in fine. ubi etiam addit
Ambro. exame. omel. de alijs animalibus
quod comparatum suum bos requirit et equus diligit

Distinctio quarta.

Et sequit. Nolite querere viri alienū thorum. nolite insidiari aliene copule. graue ē adulteriū. Duos de pmo fecit Adāz Eua et vxorē de viri costa. et iussit ambos esse in vno corpore et in vno spū viuere. Quid igitur vnū corp⁹ sepeas. Quid vnū spū diuidis. Adulteriū pō est h. Nec Ambrosi⁹. Et nō solum est h adulteriū. ymmo enorme fur-tū. qz vir nō habet potestātē sui corp⁹. sed mulier. Qui g aufert corp⁹ ab vxore et alte-ri pber legem puaricando fur est et latro. Unde et bruta animalia legunt abomina-ri cōmixtionē alienā. put narrat Alexan-der nequā in libro de naturis rerū. de qua Dam ciconia adultera. q se lauabat rāmen post coitū. Quod factuz perpēdit quidam miles et ne se lauaret itez impediuit. Unde cū venisset cōpar ciconie odore dephendit adulteriū coniugis et exiuit. se ab illa absti-nens. Et post aliq̄ dies redeūdo secū du-xit magnā ciconiaz cohortem. q̄ quasi in-ducio rectissimo adulterā ciconiā dilacera-uerūt et deplumarūt. et alteram ciconiā in coniugē loco dilacerate illi ciconie mascu-le dederūt. Quod g abominat̄ irrationa-lia merito deestari debent animalia rōne vrentia.

Capitulum q̄ntum.

De operis coniugalis religiosa exerci-tatione.

Item in cōiugio

Item esse scdm bonū matrimonij. scz spes proles vt deuote expectetur. amancer suscipiat. et religiose nutriet. fm q̄ ait Hugo vbi s. Un idem dicit. viij ca. iij. Institucio coniugij ante pctm̄ fuit ad officij vt natura multiplicaret et viciū co-biberet. Tū qz matrimonij sic institutus est. tum qz ē magnū sacramētū xp̄i et ecclē-sie. tum qz est ad deuitandū pctm̄ et cobibēdū viciū. religiose honeste et t̄pate et recta i-ntentione debet coniuges vt i ope coniugali. fm illud. i. Cor. vij. Qui habet vxores sint tā q̄ nō habēt. Un ait Hiero⁹. S Jovinianū q̄ Sex⁹ ait in sentētijs suis q̄ adulter est in suā vxorē amator ardentior. In alie-na vxore ois amor turpis est: in sua nīm⁹ Sapiēs vir amare d̄ vxorē casto iudicio nō affectu meretricio. Nichil em̄ fedius q̄ vxores amare sicut adulterā. Un et coniu-geō imitari debent pecudes vt postq̄ vxor-

ris venter intumuerit ne pdant filios. nort se exhibeant vxorib⁹ libidinosos amatores sed maritos. Unde et Thobias castusua est coniuge. de quo d̄ Thob. viij. q̄ ait ad Saram vxorem suā in cubiculo. Surge: hodie em̄ et cras et post cras oremus deū. Et sequit. Filij sanctorū sum⁹. et nō possu-mus ita coniūgi sicut gentes que ignorāt deum. Unde et Amode⁹ demon fornicationis viros septem dicte Sare ppter in-pernosum libidinis ardorem occidit. puc-patet ibidē parum ante.

Capitulum sextum.

De perpetua indiuisione mariti et vxoris.

Item inter coniu-

ges debet esse p̄petua indiuisio q̄ dicitur sacramētū. quod est ter-tium bonū coniugij fm Hugo. vbi supra In q̄ attendit ne coniugium separet et ne di-missus aut dimissa etiam causa proles al-teri copulet. quia d̄ Barth. xij. Qd̄ deus coniunxit homo nō separet. Qd̄ etiam gē-tiles seruauerūt. prout ait Valer⁹. libro. ij ca. j. q̄ repudium inter vxorem et virū a cō-dita vrb̄ Romana vsqz ad centesimum et q̄nq̄gesimū annū nullū intercessit. Prim⁹ at spuri⁹ carbili⁹ vxorē sterilitas cā dimisit qui q̄uis tolerabili ratione mortus videre tur. rāmen rep̄hensione non caruit. q̄a cu-piditatem liberorū fidei coniugali nō de-buit preposuisse. Quod ergo gentiles ser-uabant lege naturali et honestate virtua-li: debent fideles seruare coniuncti lege di-uina et ligamine sacramentali. Unde et no-biles matrone et pudice mortuo pmo vi-ro morte turturum nolebant alteri coniun-gi. Et ideo prout ait Valerius vbi supra. q̄ mulieres que vno cōtente matrimo-nio fuerant corona pudicicie antiquis co-ronabātur. Eximabant enim q̄ mulier que mortuo viro alteri se iungerit thoro corruptum habere animū et parū dilecti-se priorē maritum et impudicicie osten-dere signum. Unde et leges antieque probi-bebant ne mulier mortuo viro infra annū saltem alterius se coniungeret matrimo-nio: ne pater proles incertus haberetur ex cōmixtione diuersi seminis. De ista ma-teria dicitur infra parte tertia distinctio-ne de viduis.

¶ Pars secunda.

Distinctio quinta secunde partis huius summe.

Capitulum primum.
Qualiter debent sibi inuicem coherere.

Quod sequenter hac distinctione quinta persequendum est de colligatione gratuita et spirituali: qualis est omnium fidelium per gratiam in corpore christi. Ad quam obseruandam admonendi sunt sicut hortatur apostolus Eph. iij. Solliciti inquit seruare unitatem spiritus in vinculo pacis. unum corpus et unus spiritus. Et hoc merito. Tum quia sunt ex uno patre creatante et redimente. et ex una matre. scilicet ecclesia per sacramenta eos regenerare. et sic veri fratres. secundum illud Matthei. xxj. Unus est pater vester: vos autem fratres. Tum quia sunt membra unius corporis ex eisdem vinculis caritatis connexa et uno spiritu unita. Multi enim sumus unius corporis in christo. Roma. xij. Tum quia heredes dei et christi coheredes tanquam eiusdem hereditatis futuri participes. secundum illud Roma. viij. Heredes dei coheredes autem christi. Has autem rationes assignat Chrysostomus. super Iohannem. omel. xv. ubi ait Omnes in unum corpus baptisati sumus secundum apostolum ut non diuelli mur. sed ea que ad inuicem est conuenientia et amicitia corporis unius conuenientiam obseruemus. Quocirca ita procuremus primum ut unusquisque carnem suam non despiciens. Nullus enim unquam carnes suas odio habuit. sed nutriuit et fouit eam. Et ideo domum unam hunc. scilicet mundum dedit nobis deus ad habitandum. unum nobis accendit solem ad videndum. unum extendit rectum. scilicet celum ad cooperiendum. unam proposuit nobis mensam. scilicet terram ad nos pascendum. sed alteram multo nobiliores mensam dedit. scilicet altare dei ad spiritum recreandum. unum etiam dedit nobis modum generationis carnalem et spirituales. una omnibus patria est celum. et unum omnium dominus et deus est. unde hinc sententia concordat. Secunda epistola. xxvij. dicens. Membra magni corporis sumus et omnes nos natura fratres edidit et cognatos. Unde ait Gregorius super Ezechiel. libro. ij. omelia. iij. Caritas fraterna nos accendit concremat et conflat et quasi in unam auri specie nos reformat.

Capitulum secundum.

Qualiter cauere debent ne dissipentur ab hoste.

Homines ergo debent se inuicem ad modum fratrum inuicem inuare pregere et ab inuicem non inuicem repellere. Et secundum illud dicitur. Iohannem. ij. Animas per fratres ponere. Cauere autem quod fratres ne hanc fraternam unionem dissipet dyabolus. scilicet et similes dyabolo ut castro acies ordiata terribilis. Sed secundum Gregorium. super Ezechiel. lib. ij. omel. viij. Tunc castro acies dyabolo et hostibus nostris spiritualibus est terribilis: quando ita stipata et condensata est caritas mutua ut in nullo videatur interrupta. Nam si ita disponitur ut locus vacuum dimittatur pro secto hostibus terribilis non est. scilicet cito insulsa et penetrata. Unde et si quelibet in nobis sint bona. sed per malum discordie desit caritas fraterna. locus aperitur in aciem ad nos ferendos valeat hostis intrare. Unum ut firmus vinculo dilectionis neceremur voluit deus ut ex uno hodie totum genus humanum diffunderet in una similitudine nase figurat secundum Augustinum. de ci. dei. li. xij. c. xxj. Mutuo ergo se debent homines inuare in indigentibus mutuis subuenire et tanquam lapides viui in edificio christi et ecclesie mutuo se supportare. secundum illud dicitur. Petri. ij. Sed secundum Gregorium. super Ezechiel. li. ij. omel. j. Lapis in edificio alius supportat et ab alio supportatur. Sic et faciant fideles. secundum illud Eph. iij. Supportantes inuicem in caritate.

Capitulum tertium.

Qualiter antiqui patres laborauerunt ad attrahendum homines ad illam colligationem.

Quod et sancti antiqui et martires beati pro salute fratrum laborauerunt et morti se exposuerunt et etiam infidelibus se venderunt ut ipsos ad veram veritatem et ecclesiam unitatem redirent. Unde legitur de sancto Serapione in libro que dicitur paradisi que se vendidit pauperibus pro. xx. solidorum et eis laboriose fuit donec eos christianos effecerat. Cum recederet pecunia eis predicta reddidit. Quibus dicitur ut illa pauperibus daret. Respondeo. Date eam ex vos pauperibus. quia vestra est. Ego enim alienam pecuniam non do pauperibus. Sed vos ad deum per me pueros do et offero altissimo. Ibidem etiam legitur que alias vendidit se cuida de portibus ciuitatis que sciebat manicheus et ei fuit donec ipsum curauit.

Distinctio sexta.

Sic et alij sancti laborauerunt et multa sustinuerunt pro salute fratrum sicut beatus Paulinus episcopus qui dedit se pro filio vidue incarcerato. De quo Gregorius libro dialogorum iiij. Similiter beatus Paulus ait. iij. Corinthi ultimo. Ego libentissime impendam et superimpendam pro animabus vestris. Unde secundum dominum Reginaldum episcopum lincolniensem fratribus ex caritate debemus condicare nostrum posse in subsidijs nostrum posse in consilijs nostrum velle in desiderijs nostrum agere in beneficijs quia probatio dilectionis est exhibitio operis. Mirandum ergo est et stupendum sed potius de falsis fratribus dolendum ore dicentibus se habere caritatem et tamen opere ostendunt falsitatem. quae nec comparantur fratribus aduersa patientibus nec congaudent prosperantibus et prosperantibus sed insultant sancte viventibus nec in suis superfluis subveniunt indigentibus Unde de his verificatur quod apostolus ait ad Thimotheum iiij. Habentes quidem speciem sanctitatis veritatem autem abnegantes.

Distinctio sexta secunde partis huius summe.

Capitulum primum.

De dilectionis veritate quam debent habere ciues. et qualiter debent cauere ne noceant vicinis.

Deinde prosequendum est hac distinctio sexta de colligatione ciuili: qua mediante ciues pacifice cohabitent. mutuo sibi subueniant. et a mutuis iniurijs se abstinant ex quo comunicant quasi eandem habitatores. et eisdem legibus regunt. et eundem habent dominum et viuendi ritum unde diligere se debent mutuo. secundum illud Matthei. xxij. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Sed secundum Augustinum epistola. xxxiiij. proximus autem est dicitur non sanguinis propinquitate sed rationis societate. Item Augustinus de disciplina christiana ait quod proximus omnis homo homini est. tam additione nature quam religionis professione. Sed ad dilectionem proximi pertinet innocentia qua nulli noceam. et beneficentia qua omni homini benefaciam. secundum Augustinum lib. de mendacio. Unde vicini monendi sunt ne vicinis in persona noceant. ne eos in fama ledant. nec possessionibus rapina aperta vel occulta qualis est usura et falsa mercatura damna illis inferant. quia

dicit Leui. xix. Non facies calumnia pro proximo tuo. nec vi opprimes eum. Et sequitur. Non maledices surdo. nec facies quod iniquum est.

Capitulum secundum.

Qualiter debent subuenire eisdem.

Sunt etiam ad monendum vicini ut vicinis indigentibus subueniant. oppressos liberent. desolatis consolationem impendant in operibus misericordie. Talis erat Job qui dicit. xxxix. eo quod liberauissimam pauperem vociferante. Et sequitur. Ego vidue consolationem sum. Et postea. Conturbabam molas iniqui. Item Job. xxxi. dicit. Flebam quondam super eo qui afflicto erat. Hec sunt officia boni vicini de quibus ait Augustinus de ciuitate dei. li. iij. ca. xv. Felicitas maior est viciniam habere concordem quam malum subiugare bellantem. Ille enim ciuis siue cohabitator est bonus qui omnibus est innocens omnibusque benefaciens. Unde et de tali vicino narrat li. i. de vitis patrum ubi dicit quod abbas Pannucius orauit deum ut ostenderet ei cui similis esset in terris. Ad quem venit vox de celo dicens quod erat similis primario illi vicini. Quo audito perrexit ad domum illi. quem ille benigne suscipiens in domum duxit et primum preparauit illi sponsum inter epulas sacra loquentibus. queliuit abbas ab eo. quod esset studium eius et que vita. addens quod reuelatum sibi fuit a domino ipsius esse in celo dignum monachorum sanctorum consortio. At ille de se minora dicebat. Respondit. Dico tibi quod triginta sunt anni ex quo sum continentis. et vxor mea similiter. suscepi enim de dono dei tres filios. et horum causa tamen a me ter cognita est. hospites nunquam suscipere cessam. nec in villa alicui ante me habere permisi. nullum de domo mea sine vitico dimisi pauperem. nullum desperi. sed quae fuerunt ei necessaria impendi. contra iustitiam nullam personam accepi. in domum meam non intrabant fructus alieni. litrem si vidi non preceperim quoniam pacificauis si potui. greges et boues mei nullum leserunt. vicinum volentem seminare in agro meo non prohibui. ut potentior infirmum premeret non permisi. ut neminem prestare dicerem vel facto studui. iudicium cum apud me fuit nullum inique condemnari. Hec sponso sanctus audiens osculatus est manum eius. et ait illi. Et si haec adimplesti adhuc decet tibi iuu

scyt cuncta dimittas et sequar' dei sapiam
 Qui statim secutus est eum omnia pro pro derelin-
 quens et ad heremum pergens. et collocavit eum
 in cella iuxta muniterium suum. formam vivendi
 ei tradens. Quam suscepta potest laboris et
 puos reputans: viriliter se exercuit. et mor-
 tuus est. cuius animam vidit sanctus collocatam
 inter superiores angelorum choros dicentium et
 cantantium. Beat' est iste o dñe ihu xpe que
 elegisti et assumpsisti. Huius vicini vita p'di-
 canda est. De qua potest dici illud Proverb.
 xxv. Melior est vicinus iuxta quam frater pro-
 cul.

Capitulum tertium
 De cavenda fraudulentia in mercatu-
 ris.

Preterea non so-
 lum caveant vicini ab aperta frau-
 dulencia quoniam est spoliatio et rabi-
 na. sed et ab occulta que est usura et falsa merca-
 tura. ut enim ait Augustinus de trinitate li. xij. ca.
 ij. Omnes volunt vili emere et caro vendere
 sicut quidam mimus in teatro dixit se sci-
 re quod omnes vellent. populo fluente dixit silenti-
 bus cunctis. Omnes vultis vili emere et caro
 vendere. et quis sic est sunt multe fraudulen-
 tie in mercaturis vel defectus et vicia rerum
 occultando. vel apparentias que non sunt ostē-
 dendo. vel mensuras diminuendo. vel inuti-
 lia commiscendo. vel alias fallacias facien-
 do. Que omnia prohibet dominus Leviticus. xvij. Sta-
 tera iusta et equa sint pondera iustusque mo-
 dius equusque fertari'. Item Proverb. xx.
 Apud dominum abominatio pondus et pondus.
 et statera dolosa. Unde qui fraudulentius se-
 ducunt primos. thesaurisunt sibi thesau-
 ros iniquitatis. putat dicit Michas. vi. Preterea
 multi fraudulentius iam dictis addunt ad-
 cumulū sue damnationis mendacia piuria
 falsa testimonia. Ideo propheta ubi dicit. Nun-
 quid iustificabo stateram impiam et saccelli pon-
 dera dolosa in quibus divites eorum repleti ini-
 quitate et habitatores eorum loquebantur men-
 dacium et lingua fraudulenta in ore ipsorum
 Unde Tullius li. iij. de officiis. c. xij. inquiri-
 an vir honestus et bonus debeat patefacere vi-
 cia rerum in venditione an celare. Et intro-
 ducit ibi sententias philosophorum contrarias. Nam
 antipater omnino vicia esse patefacienda dixit
 cum homo hominibus sicut sibi consulere de-
 beat instinctu nature et rationis dictamine.

Dyogenes vero viro stoico videbatur contrarium
 dicendo non oportere venditorum exponere
 vicia rerum nisi quatenus constitutum sit in iure
 civili. Unde concludit ibidem quod aliter leges
 aliter philosophi tollunt astutias. Leges quatenus
 manuteneri possunt ut si dolus det causam
 tractant. Philosophi quatenus ratio et intelligen-
 tia dicitur. Ratio tamen postulat ne quod in si-
 diose. ne quod simulatorie. ne quod fraudulenter
 fiat. et istud magis concordat legi divine et ius-
 ticie: ut nullus fidelis primum seducat. Unde
 Leviticus. xix. ca. dicit. Non facies furtum. Non me-
 temini. nec decipiet unusquisque primum suum.
 etc. Ideoque etiam dicit Ecclesiasticus. xxxv. Quis nego-
 ciatore de traiectione. cum improbo de ven-
 ditione. tracta eos. scilicet dirigendo et informan-
 do. quod putat dicit Ecclesiasticus. xxvij. In-
 ter medium emptionis et venditionis peccatum angustia-
 bitur.

Capitulum quartum.
 De non accipiendis usuris a vicinis.

Similiter admo-
 nendi sunt vicini a fraudulentia
 usurarum ut mutuo sine usura ac-
 comodent. putat precipit Ero. xxij. Non usura
 opprimes eum. Et Deuteronomus. xxij. Non senerabis
 fratri tuo ad usuram. Et dominus Luce. v. Mu-
 tuum date nil inde sperantes. Hoc enim gratum
 est ante deum vicino indigenti mutuum ad
 releuationem sue necessitatis cum dare non possis
 Tunc narrat in historia triplicita lib. j. de sancto
 spiridone episcopo quod mos eius erat ex fructibus
 alios erogare pauperibus. alios mutuum in-
 digentibus. nec per se dabat. nec per se recipie-
 bat. sed petentibus dicebat ut quantum opus habe-
 rent tollerent. et de suo die reponerent quod
 tunc receperat. Ad quem accessit unus et mutuum
 recepit. et reuersus non reposuit quod recepat
 sed auferens secum abscessit putans sanctum virum
 latere. Et iterato venit idem petens mutuum
 cui sanctus dixit ut iret ad horreum. Ad quod
 veniens inuenit vacuum. quod et ipse renunciauit
 episcopo. Cui episcopus. Mirum est quomodo tibi soli visum
 est vacuum et non alijs. sed forte quod alias accipi-
 sti non reportasti. Quo dicto caput eius ille in
 dolo. et voluntati episcopi se subiecit penitus
 suscipiens. qua recepta ad horreum veniens in-
 uenit plenum. Ecce qualiter de mutuantibus
 caritate remuneravit. et miraculo deco-
 ravit. De usura multum tractat Ambrosius. li. iij. de
 officiis. usurarium alloquens sic. Cur ad fraudem

Distinctio septima.

puerit̄ nate industriā. cur affectas inopiā
sterilitatē z carit̄tiā. hanc vocas industriā:
q̄ est fraudis versutia. Et qd tu vocas re/
mediū ne quiete z mentū est et latrociniz.
Item Aug^o. epla. xxxvj. ait. Quid dicam
de vsuris quas leges et iudices iubēt red/
dere. aut crudeliorē dicam q̄ aliqd subtra/
bit furto diuici. an q̄ trucidat pauperē fe/
nore. Et sequit̄. Nec zilla male possident̄
vnde vellē q̄ restituerent̄. sz nō est q̄ iudice
reperant̄. Item Crisosto. de hac materia
loquens sup Mach. omel. v. ait. **Q**uotuo/
da et ampliores cape vsuras vbi nulla in/
uidia nulla accusatio nullus est timor. Et
mutua xpo in membris iudicenti z tamen
omēs nutrienti. z p vsuris accipies regnū
vite qn̄ alij vsurarij p vsuris recepturi sunt
penam gehenne. Quā ḡ occasione vel excu/
sationē habem^o cū et ampliora recipere pos/
sum^o hec vilia dando paupib^o. Nihil vsu/
ra turpi^o. nil crudeli^o. Alienae em̄ negocia
tur miserias z alteri^o aduersitatē lucz sibi
fac. Et seq̄t̄. Volo te bonā vsurā accipe. h̄ ē
a deo mercedē sperare. Facite ḡ vob ami/
cos de māmoua iniquitatis. vt cū defece/
ritis recipiant vob in eterna tabernacula.
Magna ḡ dementia est ab aliq̄b vsuram
querere. qz h̄ est contra legem nature z scri/
pture euangelice et p̄ inuātā bonitatem et
p̄ditōez ois create oib^o creat̄ se cōmunicā
tio vt patet in luce igne terra aqua. Unde
Tul^o li. ij. de tuscul. q̄stionib^o ait. **Q** cum
quereret a Carbone qd̄ expediret in re fa/
miliari. et r̄nderet. bñ pascere. bñ vestire. et
bene arare. et terram colere. quesitum etiaz
sunt au fenerari expediret. et r̄ndit. Quid
est fenerari nisi hominem occidere.

Distinctio septima secūde ptis h^o sūme

Capitulum p̄mum.

Quid sit amicitia. et qualis dz esse siue
que exigunt̄ ad verā amicitia.

Deinde dicendū
est hac distinctione septima de
colligatōne amicabili que inter
amicos debet esse vera z nō ficta. Sz vera
amicicia est fm̄ Tul. li. de amicitia et fm̄
Augustinū epla. lxxxv. diuinaz hūanarū
qz rerū cū beniuolētia z caritate vnanimis
psensio. Un̄ fm̄ Tul. ibidē. Beniuolētia
est amicitie fons. Sūt ḡ amici admonēdi

vt vnanimiter psentiat̄ in licis z honestis.
qz amicitia est idem velle z nolle in reb^o ho/
nestis. vnde amicus dicit^o est q̄si animi cu/
stos. vel q̄si animi equ^o. qz equalis nob vo/
lūtate p̄iugit̄ ait Caliodor^o sup ps. xxxvij
Talis amic^o fuit dei fili^o q̄ cum esset super/
omēs tñ in medio discipuloz esse dignat^o
est eq̄lis ill. ymmo inferior se subijciēs ser/
uendo illis. Un̄ in Jobe. xv. dixit eis. Jā
nō dicam vos fuos sz amicos zc. Item in
amicicia dz esse cōpassio mutua. qz ipa est
beniuolētia in p̄trapassis non latens ait
sapiens Eubi. viij. Unde fm̄ illō Eccl. xij.
Non agnoscit̄ in bonis amic^o nec in ma/
lis inimic^o. Item Job. vi. d̄. Qui tollit ab
amico misericordiam timorē dei derelinq̄t Un̄
z Aug^o. amicū mortuū plangens ait. Di/
midū vite mee. Et Seneca epla. ciiij. **O**b/
iurgans plangentē mortuū filiū ait Quid
faceres si amitteres amicū ex q̄ plāgis par/
uulū q̄ est incert^o culusmodi sit. Itē i ami/
cicia debet esse sedula sollicitudo de amici
honore. vtilitate. z beneficio. qz vt Tullius
vbi s. li. de amicitia ante finez. Amici sepe
monēdi sunt z sepe obit̄rgādī. Et sequit̄
Nullam puto in amicitis pestem maiorē
q̄ blandiciam adulantē. Hinc Augusti/
nus li. confes. ix. ait. Sicut adulantes p̄/
uertunt. sic inimici licigantes plerūqz cor/
rigunt.

Capitulum secundum.
**De ficta amicitia et propter que dissol/
uitur.**

Item in amicitia
dz esse cōmunicatio mutua cor/
diū. interiorz p̄ceptionū. rerū of/
ficioz z misterioz. Unde Eubi. ix. in p̄nct/
pio puerbiū est d̄ amicis. Qm̄ aia vna i bo/
cōmunia omnia. Unde Tul. vbi s. Eum
emendati amores amicoz sunt. int̄ eos sit
oim rerū psilioz volūtati sine vlla excepti/
one cōitas. tñ verecūdia et reuerētia sp̄ te/
nēda est in amicitia vt ab amicis honesta z
licita petam^o. Un̄ de vera amicitia exēpla
pōit Valer^o li. iij. ca. vj. de duob^o qz noia
Damon et Phycias de qb^o ait qz cū Dyo/
nisi^o tyrann^o voluit vnū occidere. dicit ille
ad res suas ordinādas iret. ali^o dedit se va/
diū. p̄ eo z redijt̄ die statuta. Quoz fidelez
animū tyrann^o admirās supplicij remisit.
rogās vt se in tertū societatis ḡdū recipere

Pars secunda.

Predicator etiā loquēs cū amicis dissuadeat fictas amicitias q̄ sūt sūi accidēs et facile solubiles q̄ sepe dissoluto eo p̄pter q̄d sūt amici facile dissoluitur amicitia. pro ut ait p̄hus *Ethi. viij.* In senibus est amicitia p̄pter vtile. sed iuuenibus propter delectabile.

Capitulum tertium.

De vtilitate vere amicitie.

Igitur admonendi sunt amici ad veram amicitiam que dicitur perfecta caritate cōglutina. et talis amicitia est p̄ciosissimū gen^o dicitur vicia sūi *Bocciū de solatiōe in fine.* q̄a amicus h̄z omnes amicos suos vt se. et omnia eoz possiderit sua p̄pria. et sic vera amicitia facit eum inexpugnabilem et diuitem. Et h̄ est q̄d ait *Erifosto. super Job. omel. lxxvij. vbi dicit. Un^o amic^o multiplex ē. Si em̄ unanimēs fuerint duo vel decem: non vnus est t̄m sed decies multiplicat^o ē vnus quisq̄ eoz. vnde inuenies in decē vnū et in vno decem. vnde si aliq̄s vni eoz inimicat decem habebit cōtra se illi inimicātes. Et si vn^o eoz depaupat: inops nō est. q̄ aliorū bona sua sunt. Et vnusq̄s eoz h̄z viginti man^o. viginti oculos et viginti pedes p̄ se in solidū officia sua exercentes. s̄z et decē h̄z aīas p̄ se sollicitātes. Unde si amici facti fuerint mille vel decē milia idē erit. vides q̄ maioris sup̄abundantiā qualit^o vnū facit multiplice. Un̄ in p̄sida et in roma q̄d nō p̄t nata amoz potest. Item si decies milies fuerit q̄s diues: nud^o est et inops si sine amicis est. Et si inopes fuerint amici ad huc diuitib^o vberiores sunt. q̄ q̄ ip̄e p̄ seip̄so dicere non tēptat h̄ amic^o dicet p̄ eo. Et quecūq̄ nō p̄t sibi p̄si largiri p̄ amicos poterit multo ampliora p̄seq̄. Nō p̄t ḡ illi esse male q̄ a tot armigeris custodit^o Laudāda ē ḡ vera amicitia et fideliter obseruanda nec dissoluēda. q̄ sicut ait *Tull^o de amicitia.* Solem de mūdo tollere vident^o q̄ amicitia e vira tollunt.*

Distinctio octaua scde p̄tis h̄ sūme.

Capitulum p̄mum.

Ex homo debet esse socialis.

Consequenter ad monendi sunt hac distinctioe octaua amici vt sint colligari so-

ciali cōmuniōe. q̄ vt ait *Hugo. Socius* dicitur a focco q̄ si in vna caliga vel domo manentes. vel a sequoz sequens. Et soci^o p̄prie in piculo. collega in officio. p̄sors in p̄mio comes in itinere. sodalis in mensa vel sede. Quocūq̄ em̄ inō societas firmat vel amicitia homo debet esse socialis et cōcariu^o quia homo est animal nō solitariū sed politicū et cōcariuū ait cōmenta. *Ethi. viij.* et *Seneca li. iij. de b̄nfi. c. xij.* dicit q̄ homo minē nō vnguibus nō dentibus nata fecit terribilē. s̄z nudū et inermē et mansuetū et piū. Et seq̄t. Societas et ratio homini dedit aialū dominū et imperiū gentiū.

Capitulum secundum.

Ex societas maloz est vitanda.

Et tamen societas maloz vitanda. q̄ dicitur *Prover. xxij.* Noli esse amic^o homini iracundo neq̄ ambules cū homine furioso ne discas seuitas ei^o. Sup̄ q̄d *Sre. super Ezech. li. i. omel. ix. di.* Infirmi debent declinare societate p̄anoz ne mala que frequenter aspiciunt et corrigere non valent. imitari delectent. Et ponit exemplum q̄ sicut aer malus assiduo flatu tractus inficit corp^o. Ita p̄uersa actio sepe visa et locutio mala frequenter audita ificit animos. q̄ dicitur *Loz. xv.* Corrūpūt bonos mores colloquia p̄aua. Unde *Seneca epla. vij.* ait. Unū exemplū luxurie. vnū exemplū auaricie: multū malū facit. q̄ p̄uictor delicit^o emollit et eneruat. vicin^o diues cupiditate irritat. Item epla. *c. vij.* Habebit te tumor q̄d in cū sup̄bo cōuersaris et incendūt libidines adulteroz sodalia. quia cum sancto sanct^o eris: et cum p̄uers^o p̄uerteris. Unde et *ap̄lus. i. ad Corinth. vj. et. x.* Nolovos socios esse demonioz. Et. *ij. Loz. vj.* q̄ societas luci ad tenebras. Item nolite. cōmisceri eū fornicariis.

Capitulum tertium.

Ex societas bonoz est appetēda. et q̄lis debet esse. et que debent esse in vera societate.

Societas tamen cū bonis est habenda. Un̄ *Seneca vbi s̄. Ad meliores transi.* cum *Socrate viue. cū zenone. cū Erifippo.* cū possidonio: h̄i tibi tradēt diuinoz bu-

Distinctio octaua.

manorumq; noticia. In societate qdē bona mlt̄a debet currere. Primo caritatiua affectio. vt q̄libet aliū diligit ope r̄pita te ne fiat cū amic⁹ r̄ soci⁹ mense. put̄ d̄r Eccl̄i. vi. Unde Aug⁹. li. p̄fes. iij. Uocabat amicū suū dimidiū vite sue. Sc̄do in societate d̄z esse vnanimis p̄sensio. vt dicere possint socij illud p̄s. Ambulam⁹ in domo dei cū p̄sensu. Item. Ecce q̄ bonū r̄ q̄ iocunduz habitare fr̄es in vnum. Tertio in societate fit mutua subleuatio et nociui mutua r̄pulsio r̄ adiutorij p̄mpta collatio. De q̄b; omib; Eccl̄s. iij. Veli⁹ est esse duos simul q̄ vnū. habent em̄ emolimentū sue societatis. si vn⁹ ceciderit ab alio fulciat. Et ideo sequit̄. Ne soli qz si cadat nō h̄z subleuatiōem se. Quarto in societate fit mutua veneratio r̄ superioris cū inferiori parificatio Roma. xij. Honore inuicē p̄ueniētes. Et Seneca epl̄a. xcij. ait. P̄ces deos sit imperiū inter hoies p̄sortiū. qz de animalib; li. j. d̄z homo est animal sociale. Quinto in societate sit pia compassio. r̄ mutua infirmitatum mox et coꝝpoꝝ supportatio. Uñ Seneca epl̄a. xcviij. Societas n̄ra silis sit structure lapidū q̄ casura est nisi inuicēz sustēteat. Et simile exemplū p̄dit Greg. vbi sup̄. de amicitia dicēs. qz si ego mores tuos nō supporto et ecōuerso nunq̄z caritatē surget aut stabit edificij in p̄sortio. Et ideo dicitur ad Gal. vi. Alter alteri⁹ onera portate. Uñ Aug⁹. li. lxxiij. q. q. lxxj. ait Nichil sic p̄obrat amicū r̄ sociū sicut oneris supportatio. Et p̄dit exemplū de cervis trāscuntib; aq̄as. quoz pores portāt capita aliorum poltremo natantium in clunib;. s̄z viciissim hoc faciūt Et ergo d̄r. ij. Loz. j. Si fueritis socij passionum criticis et consolationū. Et Apoca. j. Ego frater v̄z r̄ soci⁹ i tribulatione.

Capitulum quartum.

De his que dissolunt amicitiam.

Qualium autem personarū debz esse societas docet Amb. li. ij. de officijs di. Pulcra societas et secura iuuenū r̄ senū. Nam illi sunt solacio. isti testimonio. illi obsequio. isti magisterio. illi delectatiōe. isti informatione. Et p̄dit exemplū de Moyse et Ioseph. Abraham et Loth. Helyar Helyseo. Paulo et Barnaba. Tu ḡq̄ iuuenis es si

videris sensatū nō stultum eulgila ad illū Qui em̄ scire voluerit q̄ est vera r̄ fidel societas. legat qd̄ sc̄ptum est in triplicia historia li. j. de Constantino imperatore ad fidez xp̄i p̄uerso cū multz alijs de familia sua. q̄ cū pbare vellet q̄ veri r̄ q̄ falsi essent xp̄iani. vna die omēs puocauit r̄ simulando et p̄bando se velle ad ritum gentilitatē reuerti dixit. Quo audito multi ad h̄ idem faciendum dixerūt se esse paratos. sed aliqui licet pauci dixerūt se plus velle p̄ xp̄o morte patri q̄ xp̄m agnitum derelinquere. Quib; visis et auditis imperator oēs fictos a se remouit. et firmos in fide secum retinuit. dicens verbū memoria dignū. Nō potest homini eē secur⁹ r̄ fidus q̄ deo et creatori suo falsus est fictus et p̄fidus. Unde q̄scito vides in societate peccatū vel allectōem ad peccatum vel peccati signum. dic imperatoris verbum r̄ dissolue societatis vinculū. Itē Amb. ex. omel. v. Veram societatem in multz dissoluit auaricia. vt p̄z in Loth et Abraham. quoz multa erat suba. Et iōo Sen. xij. d̄r. Dinisi sunt alterutrū a fratre suo. Itē p̄dit exemplū de auib; rapacib; q̄ nō sunt sociales. Uñ Seneca. epl̄a. xciiij. Auaricia r̄ luxuria dissociare mortales Et Tuli⁹ lib. o. iij. de officijs. ca. v. dissoluitur societas cum quilibet p̄prium querit cōmodum.

Distinctio nona sc̄de p̄tis h⁹ summe.

Capitulum p̄mum.

Q̄ laudabile est bene viuere int̄ malos.

Tandem ultimo

Quod hac distinctiōe nona admonēdi sūt h̄j q̄ amicabile v̄ sociali coligatione p̄dicti sūt v̄p̄tuoze viuāt cū his etiā q̄ aduersant. Uñ d̄r i laudē beati Job q̄ vir erat in terra bus simplex r̄ rectus ac timēs deū r̄ recedēs a malo. Et Job. xxx. Frater sui draconū r̄c. Sup̄ qd̄ Bre. moꝝ. j. Nō mltū laudabile ē bonū eē cū bonis. s̄z bonū eē cū mal̄ vt sit q̄sq; ex p̄tute sic lilij int̄ spinas Lanti. v. et h̄ in medio natiōis p̄ue r̄ p̄uerse. sic d̄r ad Phil. ij. Uñ et si q̄s viuat int̄ inimicos r̄ malos. tū fm̄ q̄ dicitur Math. v. Diligite inimicos v̄os r̄ benedite. his. r̄c. vnde ininice⁹ diligēda est rōne nate. r̄ odiend⁹ rōne culpe fm̄ Aug. cōtra Faustū. vt dicere possit cum p̄s. Perfecto odio oderam illos. r̄c.

Pars terciā.

Capitulum secundum.

De patientiam et beneficentiā vincunt aduersarij.

Item sic debent

boni cū malis viuere vt sua beneficentiā et patientiā eos puerant et reducāt ad iusticiā et veritatē inuicem. Propter quod precipit dñs **Barb. v.** Percussioni in auriā p̄bere et alterā. vt fm̄ glosaz nō pot̄ vindicare q̄ patientiē studeas: eter naq; p̄ tēp̄alib; p̄tinnas tanq; p̄ sinistris dextras. **Uñ** et dicit **Aug. epla. v.** Paratus dz esse hō iust; et pius patienter eoz maliciā sustinere q̄s fieri bonos q̄rit vt nūc; pot; crescat nō vt pari malicia se numero addat maloz. **Et** lz iust; nō sic sp̄ in opere faciat: tñ p̄cepta patientiē in cordis p̄paratione retinēda sunt. fm̄ q̄ ait **Aug. ibi. dē.** Noli ḡvinci a malo s; vince i bono malo. **Roma. xij. qz** fm̄ **Aug. vbi. s.** p̄ benigno lenitiā reducunt aduersarij ad pacē et p̄cordiā. **Unde** fm̄ aplm̄ ad **Roma. xij.** Si esurierit inimic; tuus ciba illū. si sitierit potū da illi. **Uñ** fm̄ **Ualeriū li. v. ca. j.** Dulcedo hūanitat; effera barbarozū ingenia penetrat. hostes mollit. vincit iram. prostrat odiū. hostilēq; sāguinē hostilib; miscet lacrimis. **Et** **Seneca. li. j. d. bñfi. ca. ij.** ait q̄ p̄tinationē bñficioz ingrati et aduersarij sunt grati et amici. Ingrat; em̄ aduersus vñ hñficiū nō erit aduersus secundū et si duoz oblit; est terciū ad memoriā fducef. **Accursum** tam insuetuz animal est q̄d non cura mitiget et mansuetudo. vt leonū ora impune a uagistris tractant. et elephātoz feritas in seruilē obsequiū mansuetudine vertitur. **Et** sicut beneficentiē in facto mitigant iras. sic verba dulcia illas mitigant et ad amicitiam reducunt. scdm̄ illud **Prouerbiozū. xv.** Responsio mollis frangit iram. et sermo durus suscitāt furores. **Unde** **Aristoto. sup. Barb. omel. xvj.** Q̄ sicut ligna ignis sunt materia. sic ire et rixē p̄ba dura sūt cā. Ira em̄ ignis est quā generant verba mala et ignea iracūdia plena. sed ignis ignem nō extinguit s; auget. **Unde** dz **Eccī. xxvij.** Terramen festinatum incendit ignem. **Et** sequit. si sufflaueris quasi ignis ardebit et si expueris extinguet. **Expunctionē** vocat ibi lenitatē et paciētiā vt aquam mollificantem.

Sequitur tertia pars p̄ncipal; hui; totius summe.

Remissis occasiōib; in forma di sigillatim q̄s cūq; p̄sonas in republica cōsistētēs. In hac p̄te tertia dicitur dū est de infor mādē p̄dicat; p̄sonaz q̄n tum ad illa que sunt cōmuniā om̄ib; et singulis in quocūq; ordine gradu v̄l officio. quoz q̄dam sunt naturalia. q̄dā p̄tingentia. **Et** p̄mo de his q̄ spectant ad differentias sexus. s. q̄liter admonēdi sūt viri et mulieres cōmuniter. **Secūdo** de his q̄ p̄tinent ad differentias etat; s. q̄liter infor mādē sūt infantes. adolescentes. zc. vt in p̄ncipio p̄missum est.

Distictio p̄ma tertiē p̄tis h; sume.

Capitulum p̄mum.

Quales debent esse viri.

Hic ergo distictio

erione p̄ma h; p̄tis tertiē monē di sunt viri vt sicut in sexu sunt viri. sic sint viri itam et effectu. **Vir** enim dz a virtute eo q̄ debet vincere libidines ait **Aug. li. iij. smonū. smone. clij.** **Unde** et **ap̄lus. j. Loz. xij. ait.** qñ aut facit sum viri enacuauit q̄ crāt puuli. **Item** **Salust; lib. ij.** Dico mudicias mulierib; et laborē viris p̄uenire. qz viri p̄tū est fortitudo. et a viro dz vir; ait **Tull; li. ij. de tuscul. q̄stionib;.** **Item** ait **Aug. de ci. dei. li. ij. c. xxj.** dicit q̄ nō sunt viri nisi si ut uorigerati. **Itē** **phus Esbi. viij.** dicit q̄ vir dz p̄ncipari. vñ dz. **j. Loz. xj.** q̄ vir est caput mulieris. **Qui** ḡ libidines vincūt et p̄tiosis opib; se exercent et uozib; seipos exornāt et ordiat vires inferiores et carnales appetit; regunt et ratiōi subiūciūt: p̄fecti viri sunt. **De** q̄b; iam dicit; ait **Bre. moz. xxj.** sup illud **Job. xxij.** De ciuitatib; fecerūt viros gemere q̄ viri sunt q̄ p̄fect; gressib; p̄uā dei nō fluxe et eueruiter s; virilit; currūt. **Item** **Bre. moz. xxvij.** sup illud **Job. xxxvj.** De q̄ cecinerūt viri. zc. dicit q̄ viri uoie p̄fecte vite boies exprimūt. **Itē** **Bre. moz. xxvij.** sup illud **Job. xxxvj.** Accinge sic vir lūbos tuos. dicit q̄ scriptura sacra viros vocare p̄suevit q̄ vias dñi fortibus et nō dissolut; gressib; sequūt. **Virilit; ḡ agite** et fortē eoz vim. et **Prouer. viij.** Viri ad vos clamito **De** exponēs **gre. moz.**

Distinctio prima.

xxviii. ait. Ego nō scis s; viris loquor. qz q̄ flura mente sunt s; ba mea p̄cipe nō possūt carnalis ḡvoluptas z feminea mollicies et desidiōsa ociositas multos effeminant. Ideo d̄r de domo voluptat̄s Prouer. vij. Q̄ nō est vir in domo. Abijc em̄ vias longinquas. Unde et voluptas carnalis pōt signari p̄ fontē salinacis cur̄ v̄nda vt in fabulis d̄r est delectabilis visu. dulc̄s gustu. suauis tactu. z om̄ib; sensib; gratissima vsu est. S; tāta mollicie eneruabat vt vir̄s effeminat̄s serū virilē adimeret sic ait Policrat̄us li. v. ca. r. Uñ qz mlti balneāt se in hoc voluptat̄s fonte ideo effeminati sūt s; m̄ illud Haum. iij. Ecce p̄p̄tus tū q̄i mulieres in medio tui. Et nō solū verificat̄ h̄ d̄ p̄lo z p̄sonis infimis s; etiā de maiorib;. Uñ vsaic. iij. effeminati dominabunt̄ eis. S; iij. Regum. xiiij. dicitur. Effeminati fuerunt in terra feceruntq; om̄es abominatiōnes. **C**apitulum secundum.

De instructione mulierum quales debent esse mulieres. z specialiter quo ad sobrietatem.

Secundo mulie-
res cōiter admonende sūt vt s; m̄ stat̄ sui exigentiam subiecte sint viris. put̄ d̄r. j. Ro. xj. Itē vt tacite sint n̄ loquaces. s; m̄ illud Ro. xiiij. Mulieres i eccl̄a taceant. Itē vt nō sint ociose vagevel curiose vt Dyna. s; clause in penetratib; sp̄ inuēte vt maria. sic generalit̄ monet eas ap̄t̄us Tbi. v. rēphendēs illas q̄ tales sūt Itē vt nō ad ostentatōez z stultoꝝ illa q̄a / tionē tāq; s; gena dyaboli se ornēt. s; m̄ illd̄ .j. Pe. iij. Mulieres subdite sint viris. Et seq̄t. quaz nō sit extrinsec̄ capillatura Itē vt sint in cibis z potib; sobrie z p̄ce. q̄a vt ait Valer̄ li. ij. ca. j. Uini vsus romanis feminis ignot̄ olim fuit. ne de facili i aliqd̄ dedec̄ plaberēt. Uñ d̄r Eccl̄i. xxvj. Mulier ebriosa ira magna z cōtumelia. z turpitudō ei nō regit̄. Magna ḡ diligētia d̄nt mulieres studere sobrietati. q̄ est pudicie p̄uatiua. Nam sine cerere z vino frigerent. sicut recitat̄ br̄us Hiero. epl̄a. xciiij. Itē caueant mulieres ab excessu in alimētis. eo qz vt̄rē cibo distentū seq̄t voluptas genitaliū s; m̄ Hiero. epl̄a. xxxvij. Unde et antiquitus mariti p̄cauebāt ne vxores suē vinū biberent. vel saltē in bibēdo moduz

nō excederent. vt dictū est s;. Uñ ait Ualer̄ li. vj. ca. iij. qz Detelli vxore eo qz vinū bibiss; fuisse p̄cussam interemie. idq; factū nō accusatore s; rēphēsoze caruit. Et seq̄t Sane q̄cūq; femia vsū vini imoderate appetit oib; p̄turib; ianuā claudit z delictis aperit. Uñ narrat Auḡ. lib. ix. p̄sef. circa mediū. Qz erat q̄dā decrepita mulier que p̄pter senectā z optios mores honorabat̄. hec curā gerebat filiaz matris beati Augustini. q̄ nō p̄mittebat eas p̄ter horas q̄bus ad mensaz parentū moderatissime alebāt etiā si exandescerēt siti nec aquam biberē. p̄cauens p̄suetudinē malā. z addens s; b̄ū sanū z memoria dignū dicēs puellis Modo aquā bibis. qz in potestate vinum nō habes. Uñ aut̄ ad maritos veneritis z scētē est; d̄ne apothecaz z cellarioꝝ aq̄ vob̄ tūc vilescet z sordebit s; mos potādi p̄manebit. et sic frenabat auiditatez tenerioris etatis z ipam puellarū sitim ad honestum modū deducebat vt iam nō liberet qd̄ nō deceret. Silr̄ narrat ibi Auḡ. qz m̄ sua aliq̄ puella ad mensam pentum bibeat vinū modicū de cuppa eoz Et ita ad illud modicū modica q̄ridiana addēdo in eam p̄suetudinem plapsa est vt plenos mero calices facilliter et hyanter hauriret. z cū ancilla q̄dam cū ea q̄daz die litigaret obiecit ei h̄ crimē vocans eam meribibulā: q̄ s; b̄o tanta verecundia est percussa qz feditatez suam respexit et de cetero tm̄ mulieris vicium cernit.

Capitulum tertium.

Quales debent esse quo ad castitatem.

Dissimiliter ad
monende sunt mulieres de castitate et pudicia seruāda. Ex q̄ pronenit mulierib; eximius honor. p̄tuosus decor. et fame sine opinionis bonus odor. Unde dicit̄ Eccl̄i. xxvj. Om̄is p̄de ratio nō est digna p̄inentis anime. Et seq̄quitur. Sicut sol oriens in mūdo i altissimis dei. sic mulieris bone species in ornamētis dom̄sue. Et ibidez d̄r. Sra super grām mulier sancta z pudorata. Uñ dicit Auḡ. d̄ duodecim abusiōib;. qz quitus abusiōis grad̄ est femia sine pudicia Et seq̄t. Impudica em̄ vita nec laudē ab hominib; in p̄senti. nec remuneratiōez a deo expectat in futuro. pudica p̄o famā bonaz

Parstercia.

Int hoies possidet z de spe fute bntudinis specialit gaudet. Na z si alijs alia: null^o tu talia ait Aug^o. de bono y ginali ad pudicie pmedatōez. De hac materia loqt Vale^o r^o li. vj. ca. j. dicēs q viroz z sciaz p cipuz fundamentū est pudicia Et bñs Aug^o. de duodecim abusionibz vbi s. dicit Q si cur oēs mores bonos pcurat z custodit in viris prudētia. sic i feminis cūctos bouestos ac^o fouet z fuaat pudicia. Un et Valeri^o vbi s. pōit mltā exēpla de mulieribz pudiciā amātibz. q etiā marit^o occis. la que ovitā sibi eripuerūt. Ibidē etiā narrat de qdā greca femina q cū hostiū classe essz excepta. vt morte pudiciā tuere se i mare spōte piecit. Qui^o corp^o litori postea reieciū sepeliri demandatū est. et ei^o memoria grecis laudibz ē celebrata. Ibidē etiā narrat de lucrecia q qz a tarquino supbi regis filiovi deflorata fuissz. post tantā iniurias in p silio deducta ferro qd veste tectū attulerat se interemit. Narrat etiā ibidē d qdā q cū didicisset filie y ginitatez a qdā inuene fuisse pditā. ipm pmo. z postea puellā necauit. malens pl^o acerbis filie ducere exēqas q turpes ei^o celebrare nuptias. Rō simile narrat Amb. li. iij. de y ginitate q scā Pelagia apud antiochiam cū esset quideci annoz et se a p donibz circūdari videret absēte matre z sociabz ait. de^o remedio nō offendit. s; facin^o fides alleviat. Quo dicto caput suū oruauit nō vt ad mortē ire deceret s; vt ad spōsum tendere alia mulier solet. Et cū h viderēt hostes ceperūt q rere mrez z sodales sorozes. q cū h oia vidissent dixerūt. Ecce aqua. q s phibet nos baptisari. pcamurz te de^o ue corpa uostra vnda dispergat. et sic tanqz choroz ducētes in medium aluēum p grediūt. nec cadauera vnda nudauit. Et sancta mf lz sensu careret. pietas tū fuabat amplexū. z religiosū quē tenebat modū i mari nō relaxabat. Tamē p suanda corpali castitate vel cauenda iniuria nō dz q s se interuere. sic determinat Aug^o. de ci. dei. li. j. ca. xvj. qz dz i decretali Religioe nō ferro querēda est castitas. Et Aug^o. vbi s. Pudicia est p^o mēt^o q non p^o inuite tolli. Nec ergo fidelis nec infidel^o dz se occidere. vt talia pcaueat. s; sustinere cū patientia violentiā. nō p sentiendo libidini exvolūrate placeat. qz fm Aug^o. ptra Julianū. Pudicia est res animi: y gini-

tas res corpis. Unde ea integra in animo pmanente p^o ista violent^o auferri de corpe. Q^o bea^o Amb. vocat illas mulieres scāctas q se submerserūt. vt s dictū est. sane intelligenduz est. q nō ideo sancte dicte sunt qz sic se interfecerūt. sed alio mō quē nouit de^o Unde ait Aug^o. de ci. di. vbi s. ca. xxiij. Sampson nō aliter excusat q se vna cum hostibz interemit: nisi q spūstanc^o la tēter h iussit q p illum miracula faciebat. Sicz p dicte mulieres inspirate se morti exposuerūt. vnde qz diuinit^o iusserant. eaz martiria celebrat ecclā fin sniam Aug. vbi s. ca. xxv. Unde etiā in mulieribz gentilibz zelus pudicie est cōmendand^o. excessus tū int^o rectionis nō est imitand^o. Quante aut^o reuerentie fuit pudicia apd paganos narrat Solin^o li. vij. ca. xv. de quadā gente in pte indie sita q venere penit^o se abdicāt. pecuniaz nesciūt. nemo ibi nascit. nec tamen ibi deficit hoim multitudo. Loc^o ille additus est pudicie. Et licet plurimi diuersarū gentium vndiqz ibi pperent. null^o admittit nisi quem castitas fidei et innocentie merituz psequitur. Nam qui reus est v^o leuis culpe qzuis sumope ingressum adipi scivelit diuinit^o submouet. et ita p immensum spacium seculoz gens illa durat cessantibz puerperijs. Pudicia etiaz est honoranda p cipue si est pfecta in omni sensu gustu affatu affectu et effectu. Un narrat Valeri^o li. iij. ca. iij. q cū quidam formam pueri cuiusdā laudasset. alius increpās dixit euz libidinosos oculos habuisse. Et li. vj. c. j. dz de quodam q dixit filie sue vt nō solum pudiciam illatam conseruaret. sed et oscula pudica sine libidinoso affectu viro preberet. Unde narrat Hieronim^o contra Iovinianū q Diull^o duxit vxozē virginem tante pudicie vt illo seculo haberetur p exemplo quo impudicia nō soluz erat viciū. sed et monstrū. hic Diullius semel in iurgio andiuit q os fetidū haberet Et rediens conquest^o est vxori ipsaz redarguens q eum super hoc non premunierat vt scilicet remedia que fuisse posset. Qui illa respōdit. Credebas omninū hoim sic ozolare. vñ verisimile fuit q oscula nūqz alteri pbnisset. Qui^o p trariuz faciūt mulce. qd tū erat apd antiqz et est adhuc apud modernos multos lignum leuitatis et impudicie.

Distinctio secunda.

Capitulum quartum.

Quales debet esse quod ad decet et taciturnitate

Quod sequenter monēde sūt mulieres vt sint quiete nō vagabūde. et tacite nō p̄bose. **U**t ait **E**rifoſto. ſup **J**oh. omel. lxx. **M**ulieris ē domi p̄betari vel p̄hari. et ſic quiete ſcere. **S**icut legit de b̄tā p̄gine maria matre dei. **Q**uod ea ingreſſus angel⁹ **S**abriel in ſpecie hūana: inuenit eam in ſecreto thalami q̄ expanit. nō q̄ viderat angelū quez ſepe viderat. ſ; q̄ eū viderat in facie hūana quā ſp̄ antea q̄tuz potuit deuicauerat. **F**uit ſententiā **S**erū. ſup miſſus eſt. omel. ij. **E**t q̄ mulier eſt ſcala et materia ad temptādū ſm **B**regio. mo. iij. **E**t eſt etiā p̄ viſum deceptibilis et magne voluptat⁹ ſm **A**uicenn. li. x. p̄fic. **E**t eſt etiā foris ad maliciā et cauta ad decipiendū ſm **E**rifoſto. vbi ſ. **I**do ne ſint occaſiones alijs ad peccandū et ne ip̄e ex ſui fragilitate de ſacili labant ad vitii. nō debēt eſſe vage. garrule. vel ocioſe. q̄ tales reprehendit ap̄tus ad **T**himo. v. di. cens. et ocioſe diſcunt circuire domos. et. **E**t vt ait **T**ullius ca. v. **S**ub **R**omulo de cretū fuit vt quecuq; virū altez attigerat a marito impune occidebat. et oſcula etiam offerre valde propinquis et non alijs licitum fuit.

Capitulum quintum.

Quales debent eſſe quo ad veſtiū et ornamentum qualitatem.

Sunt etia; mulieres admonende q̄ ſint ornamentis honeſtis non meretricijs indute. prout docet beatus **P**etr⁹. i. **P**etri. iij. quarū nō ſit extrinſec⁹ capillatura. **U**nde de impudice ſe ornantibus ait **H**iero⁹. epla. cvij. **I**lle mulieres oculos xp̄ianos ſcandalifant que purpureo colore et quibusdam ſucis ora oculosq; depingunt. **E**t idē epla. xcij. **Q**uid facit in facie chriſtiane purpurillus et cernis. **E**t ſeq̄. **I**gnis iuuenū ſomenta libidini et impudice menti iudiciū eſt. ornat⁹ iſte nō dñi eſt ſed velamen anti xp̄i. **U**nde **E**rifoſto. ſup **B**atb. omel. xxx. ſic ait. **A**dijcere aliqd̄ ymagini regie piculū eſt. q̄ deū offendis. zelocipie flāmaz accendis. et meretricantes zelaris et imitaris **E**t **A**mb. exame. omel. vltima ſic ait. **P**i-

ctus a deo es o homo noli delere picturas bonam noli tollere picturā dei et aſſumere picturam meretricis. **N**am illa pictura in feminis vicij eſt nō decoris. fraudis nō ſimplicitatis. fallit decipit. vt neq; illi placeas cui placere deſideras. qui intelligit nō tuū eſſe ſed alienum quod oſtendis. **E**t ſic ip̄m decipe conar⁹. **I**nſuper et tuo diſplicet auctori et creatori q̄ videt op⁹ ſuū in te eſſe deletum. **E**t ponit exemplum. de artifice qui merito indignat⁹ cum videt opus ſuum adulteratuz. ſed qui adulterat opus dei grane crimen eſt cū putas vt te melius ſcias depingere q̄ deus qui cūcta cōdidit ſciat te facere. **E**t in collationibus patrū dicitur q̄ creaturam dei immutare eſt creatorem vituperare et creaturam deturpare. **U**nde tales mulieres ſe pangētes ſiūt turpiores et monſtruoſiores. **H**abent eñ cololum longū vt grues. cornua alta. vt aries. faciem depictā vt effigies. caudam latā et longā vt pauo. caput latum vt cribrum. et vt auis icurica pepluz crocēū. **E**t ſic faciunt ſe miſerabile monſtrum quod nō eſt in rerum natura repertū. **U**nde contra tales mulieres narrat domin⁹ **p**ariſien. i ſuo tractatu de vniuerſo. qualiter quedā mulier talibus intēdens dum vineret. poſt mortem apparuit cuidaz pectinēs crines ſuos lamentabiliter pectine grandī et ferreo flāmeo. dicens ſe hec pati debere imperpetuū p meretrico ornatu capillozū cui intēdebat immoderate dum vineret. **S**imiliter in partibus orōnie poſt mortē apparuit quedam domina duobus filijs ſuis religioſis cum duobus ſerpentibus caput circūplectentibus pro capitis craſſura. et cum duobus bufonibus mamillas ſugentibus pro duobus leccatoribus ſuis quos habuit ſub marito ſuo dum vineret. **Q**ua apparitione placuit deo alias p̄mūire mulieres.

Distinctio secunda tertie partis huius summe.

Quod sequenter viri admonendi sunt de ordinato modo viuendi ſm differentias etatum. **E**t ideo ſicut varie ſunt viri etates. ſic varias orōſſe viuendi inſormatōes **D**e varijs p̄o etatibus ait **P**apias oñdens q̄ p̄ma etas p̄tinet ſeptē annos q̄ d̄ infantia. **S**cōda eſt vſq; ad decimum q̄rēū annū

Parstercia.

q̄ d̄: puericia. Tertia vsq̄ ad. xxvij. annuz
q̄ d̄: adolescētia. Quarta vsq̄ ad quāq̄gesi/
mū annū q̄ d̄: iuuet̄ viril. Quinta vsq̄ ad
lxx. annū q̄ prendit̄ z d̄: virilitas senilis. qz
declinat a iuuetute in senectutē. Sexta d̄:
senect̄ in qua hō fit decrepit̄. z h̄ p̄rie nul
lo annoz spacio terminat̄ nisi q̄rū altissi/
mo placuerit. **H**az eratū q̄dā sūt pp̄ia. qz
sicut ait **Zul.** li. de senectute. Pueroz est i/
firmitas. Iuuenuz ferocitas. Uiroz gra/
uitas. Senū maruritas. Et iō fm̄ has dif/
ferentias eratū monēdi sūt vniuersi.

Capitulum p̄mum.

De instructiōe eoz q̄ sūt in p̄mo gradu
etatis. s. infantū.

Informatione
pueroz aliquantū tactū ē sup̄ i
secūda pte distinctiōe. ij. c. j. **U**n̄
beat̄ **Hiero.** epla. xcy. dicit q̄ nō est parū
apud deū bñ educare filios. qz q̄d noua re/
sta capit inueterata sapit. **U**n̄ et beata m̄
sancti **Eadmundi** put legit̄ in vita sua as/
sueti faciebat filios suos ad opa p̄ntē in p̄
rili etate. alliciens eos muneribz puerilibz
vt tali die z tali ieiunaret. canisias nō por/
tarēt. s. z ciliq̄s se induerēt. **D** b̄tā talis m̄
q̄ pot̄ maluit filios deo educare q̄ mūdo
Un̄ z talē p̄medat̄ ap̄lus ad **Thimo.** v. vi.
Si filios educauit. zc. **S**z q̄d dolendū ē
scire omēs patres z matres modernis tem/
poribz fm̄ q̄ ait **Joh.** crisost. in fm̄ d̄: eoz/
pus natoz amat. s. z aias p̄temnūt. **D**eside/
rāt eos valere in h̄ seculo z nō curāt q̄d pas/
suri sūt in alio. **A**lij militias. honores. red/
dit̄. z p̄alia p̄uident filijs. sed nemo filijs
p̄uident deū. p̄d̄rōnez illoz cū magno p̄cio
cōparāt et salutē ex deo illis acquirere nō
lūt. **S**i eos viderint paupes tristant̄ z su/
spirāt. s. z si viderint eos peccātes nemo tri/
stat̄. **E**t sic patenter ostendūt q̄ eoz porum
sunt parētes nō aīaz. **U**n̄ et ait **Hiero.** epi/
stola. lxxxix. q̄ incitulat̄ de institutiōe v̄l in/
formatiōe filie dicēs sic. **A**utrix nō sit te/
mulenta. nō lasciuia. nō luxurie dedita. p̄
lactis corruptiōez. nō garrula habeatq̄ ti/
lia modestā gerulā nutriciūq̄ graue. quia
fm̄ eundē epla. lxxxvij. **I**n tenera etate fa/
cilī sanctē p̄uersatiōis vsus inolescit. et ad
institutiōē optimi p̄mi anni habent in se
q̄ddam lentū et molle. et q̄d facile formari
queat et ad arbitriū volētis trahi. **E**t po/
nit exempluz de arbusculis q̄ in q̄ntūlibet
p̄cin flecti possunt. et tenera aīalia sine la/
boze possunt domari. **E**t seq̄t̄. **P**enit̄ solet
inherere sensibz q̄d p̄us ceperit siue bonuz
siue malū sit. **E**t ponit̄ exemplū de **Alexā**/
dro q̄ moribz z incessu **Leonidis** mḡri sui
erectis q̄b̄ sūt parauit̄ infect̄ nō potuit
carere cū fact̄ esset d̄nator orbis. **E**t ideo
p̄t̄ eī **Leonidem** a cura filij sui amouit̄ et
peritū **Aristotelem** ei substituit. **C**ōsimi/
lia etiā exempla ponit̄ **Auḡ.** de similitudinibz.
ca. liij. dicens q̄ mollis cera recipit ymagi
nē sigilli de facili z indurata retinet. **S**ic ē
de erare infancili facili ter in formata. **E**t si
cut indurata cera nō facili ter in formatur.
sic eras in malis indurata z iuuetata vix
ad bonum inclināt. **S**ūt etiā pueri sobrie
et parce nutriendi siue ingurgitatione. q̄a
fm̄ **Augustinū** de ciuitate dei. **S**i p̄viri/
bus suis alatur infans fiet vt crescēdo pl̄
capiat. sed si modū sue capacitatis excedat
deficiet anteq̄ crescat. **E**t **Seneca** libro
secūdo de ira dicit q̄ vinū negandū ē p̄uer/
ris sicut tradidit̄ **Plato** nec cibis quidem
implendi sūt p̄pter distensionē eoz porum
fm̄ eundem. **S**unt etiam infantes ab ini/
cio instruendi fidei documētis. **U**nde fm̄
Hugo. de sacra. li. ij. parte. vj. ca. xij. **P**atri/
ni sūt fidei iussores p̄ eis quos in baptis/
mo susceperūt. vt eos cū ad legitimā era/
tem p̄uenerint doceāt fidem rectaz. aū oīa
simbolū et d̄nicam orationē: bonam etiāz
habere p̄uersationē. **E**t **Breg.** vij. regiliri.
Pero vt puulos d̄nos q̄s nutris p̄cipue i
moribz intruere cures. et eunuchos q̄ eis
deputati sūt ad monevt̄ ea illis dicāt que
eoz mentes in caritate circa se inuicē z er/
ga subditos i māsuertudinē p̄pūgāt. **V**er/
ba ḡ nutriciū aut lac erūt si bona sūt: aut
venenū si mala. **T**alia ḡ eis nūc suggerāt
que post ostendant q̄ bona fuerint que ab
eis luxerūt. **S**unt etiā pueri infantes co/
hercendi a peccatis p̄uerilibz que m̄tra sūt
fm̄ **Augustinum** li. j. p̄sef. vbi de se dicit.
Tantill̄ puer z tant̄ peccator peccabā cō
tra p̄cepta parentū et magistrōz. narrans
enam quō pira furabat cum sodalibz suis
Ideo debent parentes pueros a talibz co/
hibere. qz vt ait **Hiero.** epla. lxxxix. vsq̄ ad
septē annos imputat̄ peccata parentibus
Sūt etiā infātes debito mō p̄deribz subij/
ciendi. qz si p̄cusseris eū virga non moriet̄.

Distinctio secunda.

Unde *Eccī. viij. dī. Filij tibi sunt: erudi illos. et curia illos a puericia eorum. Sunt etiā erudiendi debitis artificijs puenientibus suo statui. vt si sint nobiles erudiant vt sint eloquentes faceti et liberales. et pctā summe cauētes. qz hec summa ingenuitas et libertas carere vicijs s̄m *Eriso. Insuper nō obest nobilibz. s̄z pdest mediocribus instrui in aliq̄ artificio q̄ fortasse uiuerēt si in dīgerēt. Un̄ legīt d̄ Constantino impatore q̄ fecit filias instrui i arte texendi et nendi. vt si necessitate compellerent inde uinerent.**

Capitulum secundum.

De instructione eoz q̄ sūt in secūdo gradu. s. puerozum.

Sunt etiā homines informādi in etate q̄ d̄ puericia et maxime a peccatis cauēdis. qz in illa etate p̄cipue insurgūt libidines et p̄cupiscentie. ideo laboranduz est vt illa domēt castitate sobrietate et debito labore p̄nt horat *Eriso. sup. Barch. omel. xliij. dicēs. Sicut terra infructuosa sic iuuentus q̄ negligit multas p̄ducet spinas. Cōburam q̄ p̄niciosas et spineas p̄cupiscentias et p̄parem vel arēmus arcas nostras ad semis susceptōnem vt in iuēntute fulgeat sobrietas et sequat castitas. sed inopinabile est in fluctuationibz trāquillitate potiri. in camino nō cōburi. et in iuēntute esse nō impudicū. Item informādi sūt in motibz rēnerentialibz. qz s̄m *Tulium. j. ca. xxxiij. Adolescentis est maiores natū reuereri. optimos et p̄batissimos viros diligere et imitari. qz p̄silio vtant saluari. Et seq̄t. Hec etas a libidine est coherēda laboribusqz exercenda. Un̄ ait *Tul. i. ij. de tuscūl. questionibz. Q̄ligurū laboribz erudiunt iuēntute venando. currēdo. esuriēdo. sitiēdo. algēdo. estuando. Sparte vero pueri ad aram verberibz accipiuntur. vt mult' e visceribz sanguis exeat. ne corpulēti fiant. Et de s̄ Sen. epla. iij. ait q̄ natus in spartia arcum tendit. In germania hastile vibrat. In ytalīa equitat et caute hostē p̄curit. Et *Salustius li. ij. dicit q̄ mos est cuiusdam gentis equitando iaculāri et cursum cū equalibz certare. Item nō sūt pueri malis nutritoribz tradēdi. quia *Tulius in rethorica recitans verba *Terencij* dicē*****

tis q̄ erant duo fratres *Demas* et *Dicio*. Et *Demas* paupior tradidit fratri suo tā q̄ *Dicio* et nobiliori filiū suū nutriendū. quem nutritiū lasciuē ita q̄ ebriosus fuit et luxuriosus. Q̄d vidēs *Demas. s. filiū suū* sub custodia fratris sui p̄ire dixit ad eunī. *Quid agis. cur perdis adolescentē. Et* vt sic faciunt multi diuites et paupes q̄ in lasciuia nutrit filios suos. et quo ad deū et homines p̄dunt illos. Et ideo non sine causa d̄ *Eccī. viij. Filie tibi sunt: s̄ua corpus illaz et ne ostendas hylareū faciē tuā ad illas. Glosa p̄mittendo illas lasciuire. Un̄ et *Hieronim' de institutione filie ait. Nihil aliud discat audire filia vel loq̄ nisi qd̄ p̄inet ad timorem dei. turpia nō intelligat. cantica mūdi ignoret. lingua tenera psalmis dulcibz imbua. cū dyna nō egrediat. Postqz gradū scula ad templum dñi cum parentibz pergat. nec inter turbas hominū inueniat exemplo ygnis marie quā gabriel in thalamo reperit. Luc. j. Et sara *Thob. iij. ait. Nunqz cum ludentibus mīscui me.***

Capitulum tertium.

De instructione eoz q̄ sunt in tertio gradu. s. adolescentiū.

Quīsequenter ad monendi sunt existentes sub tertia etate q̄ d̄ adolescētia. vt sicut crescit etas corporis ita crescat etas mentis et p̄tutis. Un̄ *Hiero'. de p̄tinentia ygnali* ait. Crescat in te etas virtutis cū annis tēpis. cuz etate iusticia. et fides eo p̄fectior videat q̄ seniores. Et seq̄t. *Om̄e tps in q̄ te meliōrē nō senseris h̄ estima p̄didisse. quia s̄m *Brego. moral. vltimo. Uacu' diez est qui et quālibet multū vixit. etatis sue tempora in vanitate consumpsit. Et ideo cum sanctus puer *Josaphat* quēreret a sancto *Barlaam* magistro suo. Magister quos annos es. et ille respondisset. *xlj. Et puer dixit ei. vidēs mibi q. lxx. annozū sis. Respondit sanct' *Barlaam. Si a natiuitate mea omēs annos quēris. lxx. sum annoz. Sz ego in mēsurā vite mee nullo mō illos annos p̄puto q̄s in vanitate mūdi et i pctō expendi. sed quia tm̄ quadraginta q̄nos annis deo seruii. et ideo illos solos computo ad vitam eternā et ceteros p̄ditos estimo quasi annos mortis. Hec in vita *barlaam.*****

Partes secunda.

Unde ne a[n]i p[er]dant ab infantia crescat bonitas et sanctitas sicut dixit Job. xxxi. Ab infantia creuit mecum miseratio. Unde com[m]uniter dicitur q[uo]d cito vult pungere qui spina vult esse. Unde adolescentem in formam beatus Anselm[us] de similitudinibus cap. lvi. dicens. Tria sunt in iuvene commendanda. taciturnitas. corporis mundicia. et verecundia. Et talem alloquitur Ecclesiastes. xj. dicens. Letare iuuenis in adolescentia tua. et in bono sit tibi cor tuum in diebus iuuentutis tue. Et Seneca ep[isto]la. xxxiiij. dicit q[uo]d iuueni est parandum: seni videntur. Sunt etiam adolescentem admonendi q[uo]d sint senioribus subditi et obsequiosi. quia s[ecundu]m Augustinum de duodecim abusionibus: tertius gradus abusionis est adolescens sine obedientia. Et sequitur. Sicut in senibus sobrietas et morum perfectio requiritur. sic in adolescentibus obsequium subiectio et obedientia maioribus impensa esse debet. Et sequitur. Sicut fructus non inuenitur in arbore in qua flos prius non apparuit. sic in senectute bonum esse non poterit q[uo]d in iuuentute bonis studiis et iniciis non floruerit.

Capitulum quartum.

De instructione eorum qui sunt in quarto gradu. s[icilicet] virosum.

Quoniam similiter admonendi sunt existentes sub quarta etate que dicitur virilitas. de qua dictum est supra parte. iij. dist. i. cap. l. Et eo. s[icilicet] q[uo]d sunt vigore vigorosiores completionem tempantiores et saniores et fortiores s[ecundu]m Auicennam eo ipso perfectius seruiant suo creatori dicentes cum propheta. Fortitudinem meam ad te custodiam. Et. Viriliter inquit agite et confortet cor vestrum. Item Job. vii. Que est fortitudo mea ut sustineam. Super quod ait Gregorius mor. vii. Fortitudo iustorum virosum est carne vincere. voluptatibus contraire. delectationem vite presentis extinguere. huius mundi aduersa pro eternis premiis amare. prosperitatis blandimenta contemnere. et hec omnia in corde corpore superare. s[ecundu]m illud ysai. xl. Qui confidit in domino mutabunt fortitudinem. assumunt pennas sicut aquile. currunt et non laborabunt. ambulabunt et non deficient. Unde sicut viri sunt sexu sic sint actu et effectu.

Capitulum quintum.

De instructione eorum qui sunt in quinto gradu. s[icilicet] senum dicitur a senectute.

Quoniam similiter admonendi sunt senes sub quinta etate que dicitur senectus ut sit in eis omnium voluptatum iuuenilium abdicatio. quia ut ait Tullius de senectute. Preclarum munus etatis est auferri a nobis quod erat in adolescentia viciosissimum. s[icilicet] voluptatem omnimodam. Si enim Paulus quando factus fuit vir euacuabat ea que erant paruuli s[ecundu]m quod dicit Corinth. xiiij. multo magis quando factus est senex debet ea euacuare. propter quod ait Seneca ep[isto]la. lxx. Gratias ago senectuti. quia quicquid debebam nolle non possum. Item sine senes salutaribus interit. Unde Seneca vbi. Gratias ago senectuti quia lecto me afficit. Et sequitur. Euz libellis est mihi sermo platurus. Et Auicenna. parte. v. de anima dicit. q[uo]d post quadraginta annos intellectus roboratur. Et Tullius de senectute cap. iij. dicit q[uo]d memoria industria et ingenium vigent in senibus antequam fiant decrepiti. Item Seneca ep[isto]la. lxxix. ait. Queris quid doceam. Respondeo. Seni semper esse docendum. Quid stultius in hac vita quam q[uo]d diu non didiceris non discere. Omnis etatis homines scola admittit. in hoc senescam. Tam diu discendum est quam diu nescias. Et si proverbio credimus quod diuinas. quia nulli rei hec etas magis conuenit quam huic. Sic etiam in senibus virtus et rectitudo. quia ut ait Ambrosius exame. omel. j. Senecrus in bonis moribus est dulcior. in utilibus utilior. ad patientiam patientior. ad reprehendum libidines fortior. Et Tullius vbi supra de senectute dicit q[uo]d arma senectutis sunt artes virtutumque exercitationes. Et sequitur. Nichil est iocundius senectute stipata virtutibus. Unde et senes plus agunt sepe consilio scientia et auctoritate quam iuuenes corporis robore. Sicut legitur de Aristotele qui consuluit Alexandrum non valentem capere quandam civitatem propter basiliscum omnes homines intulerunt viru suo. q[uo]d obuia visui basilisci deponere faceret seutum vitreum q[uo]d cum vitrum non posset penetrare venenum in ipsum reflecteret et ipsum interficeret a quo venenum percussus est. Sic etiam in senibus morum perfectioni supra dictum est ab Ambrosio. et vbi supra dicitur predicatio

Distinctio secūda.

prout ait Valer^{us} libro. vi. ca. ij. de quodam dicente duas esse res que dant licentiā hominibus vt libere loquant. s. senect^{us} et liberorum orbitas. quia exq̄ erat senex et cito moritur^{us} nec habebat prole p̄ qua fuerat sollicitus libere dicere potuit veritatem nullū verendo.

Capitulum sextum.

De instructione eorum qui sunt in sexto gradu. scilicet senū decrepitorū et incōmodis senectutis.

Vnt etiā admo

nendi q̄ sunt in vltima etate que dicitur senect^{us} decrepita. q̄ s̄m Sen^{ec}. epla. lxx. est seruit^{us} et edificium putredinis vndiq̄ ruens. vt eo q̄ sunt mortevicini / res eo sint semp ad moriendū patiores et deo proximiores. Nam et si mors sit cōmunis omnibus tamē p̄rie in insidijs est iuuenibus. sed in ianuis est senibus. et maxime decrepitis. Unde sic est de corpore senis sic de putredinis edificio in quo omnis iūctura dilabitur et de die in diem discinditur. Circūspiciendū est q̄ s̄m Sen^{ec}. vbi s̄. quō binc exreas: quia nil de futuro habet quod speret quem senect^{us} in primo deducit ad mortem Unde in alijs etatibus aliqua esse potest spes vltioris vite. sed in senibus decrepitis nihil est morte p̄pinqui^{us}. Laueāt etiam decrepiti ab excessu in alimentis et potibus. quia vt dicitur in libris saturnaliū Sen^{ec} de facili inebriantur. Et causa est s̄m Aristo. quia in eis corpus est siccū et in mēbris durioribus naturales ineat^{ur} obserātur Et ideo exalatio exclusa ad cerebrū ascendit. Studiū etiam senis debet esse vt i eo moriāt vicia anteq̄ ipse moriāt. prout ait Seneca epla. xxviii. Et sequit. Nūcra annos tuos et pudeat te velle q̄ volebas puer facere. Et epla. lxxiii. ait. Nec debēt eē opa senis illa nolle q̄ voluit puer. et semp bene velle mori. Et sequit. Aliquū senectutē curam vt beneviuerē. i senectute vt meli^{us} moreretur. Qui em̄ talis nō fuerit erit puer centum annorū maledict^{us}. Sicut exponit illud ysaię penultimo Gregori^{us} moral. xxvii Unde ait Seneca epla. lxxiiij. Nihil est turpius q̄ senex incipies beneviuere. Senis etiam studiū sit abdicare voluptates: recogitando enēdare peccata culpas. et attendere penalitates seniles. Et ideo velle dis-

soluit esse cum xp̄o. Unde de hīs miseris senem p̄comitantibus ait Gregorius super euangel. li. j. omel. j. In illa decrepita senectute statura curuat. visus debilitat. ceruix exsiccata deponit. frequentibus suspirijs pect^{us} vigeat. Uire^{us} vbiq̄ deficit. loquentis verba anhelit^{us} intercidit. Nam si languor deficit. plerūq̄ senibus ipa senect^{us} egritudo ē. Et s̄m Sen^{ec}. epla. cx. In senibus meliora p̄teruolant et deteriora succedūt. et ponit exemplum optimū. Quēadmodū ex amphora pino effluit quod sincerissimū est et q̄d turbidū et grauissimū est postea subsidet. Sic in etate nostra q̄d optimū est p̄mo ē. illoq̄ exhausto in peccato: fecerit vite nostre deo reseruam^{us}. Item senect^{us} insanabilis morbus est. et ideo tristē illā vocat Virgilius. Exq̄ etiam nō restat seni spes de vita longa. et impossibilis est dilatio mortis diutina. nō restat nisi vt bñ mori studeat. S; bene mori p̄cedit beneviuere. quia non potest male mori q̄ benevixerit. nec bene mori q̄ male vixerit. quia s̄m Augustinum in s̄mone de innocentibus. Hac ai aduersione penitentur peccator vt moriens obliuiscat sui q̄ dum viueret oblit^{us} est dei. Debet etiā senex moriendo bonū posteris exemplum relinquere. Sicut fecit ille bon^{us} senex. de quo. ij. Macha. v. qui ait. Exemplū forte dereliquam vobis. Unde narrat Valer^{us} li. viij. de quodā senex virtuoso qui cū centesimo annū ageret interrogauit eū quidam quare tam diu viuere vellet. Qui respōdit. quia nō habeo aliquid in quo senectutem meam accusem. Unde s̄m Sen^{ec}. epla. lxxv. Non est curandū vt diu viuam^{us} sed vt beneviuam^{us}. nā qui male dies multos et annos expendit: nō vixit. sed in vita morat^{us} ē Insuper s̄m Augustinū de duodecim abusionibus. Secūdus grad^{us} abusionis est senex sine religione et virtute. Unde querit ibidem. Quid stolidi^{us} dici potest si mens ad p̄fectionē vite nō cōtendat quando rotinis corporis habitus senectute affectus ad interitum properat. Caligant oculi. surdescunt aures. et sic omnia alia corporis mēbra in se deficientia domū corporis in prius ruituraz esse denūciant. Et sequit. Sicut in lignis reproba arbor compet que post flores fruct^{us} non exhibet. sic reprobus est quem flos iuuentutis deserit et tamen bonorū operū fruct^{us} maturos non ostendit.

Pars terciā.

Et subdit ibidē. **Q**uādo sunt in sene due carnis particule. q̄ in sene nō veterascunt. sed ad peccatū ptrahūt. s. cor et lingua. q̄a in sene cor vanas cogitationes machinarī non desinit. Et lingua loquit̄ quecunq̄ cor machinauerit. **L**auēat etiā senilis etas ne hec due particule iuuenescāt et senē decipiant. Et subdit generalē regulā dicens **U**nīcuīq̄ etati cōsiderādū ē qd etati emīneuti dignū sit et h̄ semp agat qd nec vitaz nec etatem vilescat. De hīs et similibz cōferat predicator euangelic⁹ cum iuuenibz et senibus.

Distinctio tertia tertiē ptis h̄ summe.

Capitulum p̄mam.

Nobiles nō glorient̄ de nobilitate. z de bul⁹ parua cōmoditate.

Quīsequenter ad monendū sunt viri q̄ ad differentias p̄ditionū. Sunt aliqui nobiles et ingenui. z sunt aliqui serui et infimi. **N**obiles q̄ admonendi sunt vt nō se efferrant z inanis glorient̄ de carnis nobilitate. Nam om̄es eque nobiles sum⁹ respiciendo originē. et illa noīa libertus z libertinus seruus z ancilla aut ex ambitiōe sūt aut ex iniuria fm̄ **Sen.** ep̄la. liiij. Unde et ait **Grego.** moral. xij. sup̄ illud **Job.** xxxij. **N**ūquid nō in vtero fecit me q̄ z illū. **D**ivnes homines natura sunt equales. **S**z accessit dispensatio ordinē q̄busdā plarī videamr. **R**ōne q̄ originis indifferentis nō oportet multū gloriari. Unde **Eccl.** x. **Q**uid superbis terra et cinis. **I**nsuper nō oportet gloriari rōne inferioritatis illius partis cui⁹ ista nobilitas. **E**st enī ista nobilitas ex parte carnis et sanguinis que ē infima pars hominis. p̄pter qd dicit **pp̄ha.** **D**see. ix. **G**loria eoz ab vtero z partu. **I**nsuper non est gloriandū in nobilitate carnis. et h̄ rōne alienitatis. qz ista nobilitas nō est nostra. sed parentum. Unde ait **Apuleius** de deo **Socratis.** **I**n hominibus cōsiderādis noli aliena estimare. **A**lienavoco que parētes pepererūt. generosus eos parentes lauda. Unde ait **Crisosto.** sup̄ **Barb.** omel. v. **N**obilitas cognatoz nō valet nisi fuerim⁹ nosmetipsi boni. **E**t omel. ix. idem dicit qd nobilitas parentum malis nō prodest. sicut **Elau** malo patrie nō pfuit bonitas. **E**t omel. xlix. dicit qd nō

prodest habere p̄m̄ **Job** sine operibz. **I**nsuper nō est gloriandū de generis nobilitate. et h̄ rōne facillime de generationis cōtingentis. Nam nobiles sepe a p̄zibz suis degenerant. prout ait **Valer.** li. iij. ca. v. **U**nde vocat tales nobilia portenta sordibz imbuta. **H**inc q̄dam sapiens ait qd n̄ viuētes fm̄ nobilitatez parentū. sed sub umbra eoz. similes sunt locis sordidīs sole illuminatis. **I**tem nō est gloriandū de generis nobilitate. rōne iudicij durioris. quia sicut ait **Criso.** vbi s̄. **V**ir⁹ parentū nihil valet. sed ex hoc mai⁹ iudicium sumimus nisi bonis similes simus. **U**nde ait **Iuuenalis.** **O**mne animi viciū tanto conspectius in se crimen habet q̄nto maior q̄ peccat habet.

Capitulum secundum.

De verā nobilitate.

Nobilitas autēz vera fm̄ **Iuuenalē** est q̄ animus virtutibz ornat. **E**t fm̄ **Senecā** ep̄la. xlv. **I**lle generosus est q̄ a nata bene ad virtutem composit⁹ est. **I**tem ille est nobilis qui fm̄ phie documenta viuit. q̄a fm̄ **Senecam** ep̄stola. xlvij. **N**obile animus facit phia. **E**t ideo dicit̄ ibidem qd **Plato** nem phia fecit nobilem et nō inuenit. **E**t **Crisosto.** sup̄ **Barb.** omel. xliij. ait qd est vna nobilitas siue peccato esse z voluntatem dei facere. **U**nde **Hiero.** de cōingio ait **S**ola apud deū libas ē nō fuisse pctis. et sūma apud deū nobilitas est clarere virtutibz. **E**t ideo ait **Berū.** ad **Eugenium.** **G**enus apostolorū nō fuit aliunde nobile q̄ morū ingenuitate z virtutuz varietate. **S**ed tñ econtrario est de multis nobilibz **De** quibz **Grego.** dyal. li. ij. ca. xxxij. sic dicit. **N**onnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatē mentis. **U**nde tales faciūz sibi quasi clipeū vel castrū ad peccandum z se defendendū. contra quos d̄. j. **Petri.** **E**t quasi liberi nō q̄si velamē habētes malicie libertatem.

Capitulum tertium.

De instructione ignobiliū. z de modicitate incōmoditat⁹ illi⁹.

Contrario monendi sunt ignobiles sanguine vt studeant esse nobiles virtute.

Distinctio tertia.

quia humili loco et gente nati multi fuerunt clari. sicut recitat Valerius li. iij. ca. iij. ponens exempla de multis talibus. Et primo de Tullio hostilio quem in cuiuabulis primo accepit agreste tugurium. eiusque adolescentia in peccore pascendo fuit occupata. validior etas imperium rexit romanum. sed senectus eius in altissimo maestatis fastigio fulsit. Et Socrates humiliter genitus. non solum hominum reputatu sed apollinis oraculo sapientissimus pronunciat est. Hucus ergo de humili genere: tamen clarus philosophia moribus et probitate satis magis commendabilior est nobili nato ex alto genere talibus carente. Unde Iuuenalis. Volo pater tibi sit terribilis dum modo tu sis. Facidi similis vulcanusque arma capellas que te terrete similem producat Achilles. quasi diceret. Melior est natus probus ex patre humili quam natus viciosus et improbus ex patre nobili.

Capitulum quartum.

Non gloriandum est de peminencia donorum.

Consequenter ad monendi sunt vniuersi tam nobiles quam ignobiles: ut non inaniter se extollant de excellentia donorum naturalium nisi regant regulis virtutum gratuitarum. immo quanto plura acceperit quis dona naturalia: siue a parte anime qualia sunt ingenium scientia memoria et huiusmodi. siue a parte corporis qualia sunt sanitas. agilitas. pulchritudo. fortitudo. et huiusmodi. tanto debet esse humilior et deo gratiosior. unde dedit deus alicui quosque talenta. alij duo. alij unum. Matth. xxv. Et ideo secundum Gregorium ouel. ix. Tanto quisque debet esse humilior ex munere quanto se obligatior esse respicit in reddenda ratione. Quid ergo habes quod non accepisti. Et quod gloriaris quasi non accepis querit apostolus ad Corinthios. iij. Ideo dicere. ix. dicit. Non gloriatur sapiens in sapientia sua nec fortis in fortitudine sua. Cum ergo talia sine communi bonis et malis non se effert quis ex talibus. unde sunt quedam dona hereditaria. id est hereditum dei. et quedam filiorum concubinarum ait Augustinus. li. de patientia. Et mox. dicit quod quedam sunt dona sine quibus bene viuunt. Et mox. p. dicit quod quedam sunt dona que mu-

niunt. quodammodo ornant. Sed sunt multi abutentes donis. unde deum laudare potest debuerant. tanquam ingrati filij inde deum impugnant et seducunt. Et sicut dicit ysaie. v. Sapientes sunt ut faciant mala. Et ideo dicit dominus Luce. xvj. Prudentiores sunt filij seculi huiusmodi filij lucis. Similiter abuteretur multa sua pulchritudine sicut impudici quorum pulchritudine alios alliciunt et inficiunt. Unde dicit Prover. ij. Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra et fatua. Sus cum licet habeat circulum aureum in naribus illi non parcat. sed supponit stercoreibus et fodit in mundicijs. Ita mulier pulchra et fatua pulchritudine sua ostendit leccatoribus suis. et sordescit eam carnalibus fediratoribus. Quis perarum fecit quodam adolescens callus et mundus. de quo refert Valerius li. iij. cap. iij. quod cum mira specie sua plurimum feminarum illustrius sollicitaret oculos. oris decorem vulneribus diffudit. et deformis in se commuluit quam esse mulieribus causa libidinis. Et Ambrosius. li. ij. de virginitate ait. Iuuenes vteret fabule ferunt cum propter admirandam oris pulchritudinem in amore libidinosum incenderet feminas. stigma tibi vultum suum inarasse et sic illarum libidinosum affectum cohibuisse. Quod dissimiles sunt moderni iuuenes et iuuenule qui potius pulchritudinem suam augere student ut libidine accedant quam ut illam extinguant. Et potius darent aurum ut virgines defloraret quam ut virginitatem in puellis preseruent. sicut et fecit beatus Nicolaus qui ei operibus tres puellas maritauit. nelupanaribus infamare fuisset fornicibus. Auli ergo de pulchritudine corporis glorie quam potius est occasio ruine quam per uandem pudicitie. quia non ex talibus sunt estimandi boni et virtuosissimi. sed secundum Senecam epistola. lxxix. Omnia suo bono. scilicet proprio constant Et ponit ista exempla. Fertilitas comendat vitem. sapor vitium. velocitas ceruum. ferre sarcinam equum. Sed in homine optimum est ratio. hac autem cedit animalia. deus sequitur Ratio ergo primum est hominis. cetera pro communia sunt illi cum brutis. Valerius enim homo et leones similiter valent. formosus est homo et pauones formosi sunt. velocius est homo et equus cerui velociores sunt. sed sola ratio precellere facit hominem. quam unum hominis proprium bonum est. Qui ergo gloriatur in domino gloriatur. cuius ymago est ratio ait. Et secundum apostolum

Pars tertia.

.ij. **Corinth. j.** Gloria nostra h̄c testimoniū
p̄scie nostre. sine quo testimonio nō ē gau/
dium aīe. s̄z tribulatioz angustia in om̄em
animā hoīs opantis malū. prout dicitur
ad romanos zc.

Distinctio q̄rta tertijs huī summe.

Capitulum p̄mum.

De multiplici admonitōne diuitū.

Quoniam **U**nsequenter ad

monēdi sunt hac distinctōe quar/
ta s̄m differentias temporalis pos/
sessionis hoīs diuites et paupes. Unde
diuites admonendi sunt ne iniuste diuiti/
as congregent. et hoc p̄ rapinas. vsuras. do/
losas mercaturas. vel p̄ alios modos illi/
citos quibz congregari solent diuitie. pro/
pter q̄d dicunt m̄amone iniquitatis. **B**ac/
rubi. vj. et **Luce. xvj.** Unde et **Hieronim⁹**
eplā. **xxvij.** dicit q̄ omnis diues iniqu⁹ vel
heres iniqui est. **I**tem admonendi sunt di/
uites ne inordinate diuitias amant z appe/
tant. quia **Eccl̄s. v. d̄z.** Qui amat diuitias
fructum non capiet ex eis. Et **Thimo. vj.**
Qui volunt diuites fieri incidūt i varias
temptationes z in laqueū dyaboli. zc. **I**te
admonendi sunt diuites ne diuitias a dō
collatas q̄si p̄rium retineant. s̄z indigent/
ibus eas cōmunicēt tanq̄ alienas nō su/
as p̄rias. quia d̄z **Johā. iij.** Qui habuerit
substantiā huī m̄di eriderit fr̄em suum
necessitatem h̄c z clauerit viscera sua ab/
eo quō caritas dei est in illo. **I**tem admo/
nendi sunt diuites vt in diuitijs non cōsi/
dant eo q̄ caduce sunt z defectibiles nec i/
dier vltionis p̄tegere valentes. **Uñ d̄z Pro/
verb. xj.** Qui cōfidit in diuitijs corruet. et
nō p̄derūt diuitie in die vltionis. **I**te ad/
monendi sunt diuites vt de diuitijs non
supbiant nec paupes p̄temnant. Unde d̄z
Thimo. vj. Diuitibz huī seculi p̄cipue nō
sublime sapere nec sperare in incerto diuitia/
rum. **I**tem admonendi sunt diuites vt se/
cum nō posse diuitias ferre sepe recogitēt.
Job. **xxvij.** Diues cū dormierit nihil secū
auferet. qz nihil intulim⁹ in hūc mundū. et
ideo nihil nobiscū auferre possum⁹. **Uñ**
et **Breg. mo. xvij.** dicit. **D**iu cum rebz no/
stris manere nō possumus. quia illas aut
moriendo deserem⁹. aut ille nos viuētes
deserent. Et ideo restat vt diuites admo/
neant de commutando terrenas diuitias

p̄ celestibz. quia d̄z ibidem. **T**errena seruā/
do p̄dim⁹ largiēdo seruam⁹. Et patrimo/
